13
25 I
15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13.21.D.42

REPETITIO. §. CVM ITA.

L. HAEREDES MEI.

AD TREBELL. EDITA PER

HIERONYMVM ZANCHVM

IVRISCONS. BERGOMEN.

Quæ quidẽ q̃ grata tibi futura ſit, ſequens pagina indicabit.



NE QVIS, Ad decennium, authoris iniuſſu, librum hunc imprimat aut uenalẽ habeat. Excellentiſs. Senat. Ven. decreto cautũ eſt.

M. D. LX.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Habes principaliter, ſtudioſe lector, in hac vna repetitione, enucleatas ſex infraſcriptas materias, quarum ſingula iuſtum tractatum conficere potuiſſet.

Principio, quando caducata aliqua ſubſtitutione, admittatur ille, qui ſubſtituto fuit ſubſtitutus. nu. 18.
Pulchro quidem ordine, & adeo dilucide, ut nullibi forte diſtinctius explicata ſit.

Deinde, quando fideicommiſſum conditionale tranſmittatur. nu. 147.

Ad hæc, quando acquiſita ex fideicommiſſo, vel prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi. nu. 366.

Subtiliter iuxta, ac copiosè.

Quando præterea ſubſtitutio pluribus facta inducat reciprocam inter ipſos, quibus eſt facta. nu. 490.
Cuius rei examinandæ prolixitas non iniucunda utilitate compenſatur.

Necnon quando poſiti in conditione cenſeantur vocati. nu. 704.
Quam rem, uide diligens lector, an ullibi accuratius digeſtam inuenias.

Poſtremo pleniſſime diſcutitur, quando pluralitas reſoluatur in ſingularitates, ſiue in uulgari, ſiue in pupillari, ſiue in fideicommiſſaria ſubſtit. num. 819. ſiue in pluribus aliis non inutilibus quæſtionibus. nu. 1317.

Rerum vero particularium index alphabeticus in fine adiicietur.

HIERONYMVS ZANCHVS CANDIDO LECTORI S.

CVM ILLVSTRES *illos, ac diuini propemodum ingenij uiros, Pythagoram & Socratem*[a], *à ſcribendis uoluminibus abſtinuiſſe, mecum ipſe reputo; non parum ſanè uereor, nos non impudentiæ minus, quàm inſipientiæ reos fieri, qui tanto interuallo illis inferiores, ſcripta noſtra in publicum edere audeamus. Si præterea (ut de noſtris loquar) ſubtilis ille pariter ac copioſus Philippus Decius*[b] *ſæpenumero querebatur, quòd iam tunc difficile admodum eſſet ullam ſcribendo laudem aſſequi, propterea quòd nihil ei à maioribus, quod noue afferri poſſet, relictum eſſe uideretur; aliena uerò recenſere, id quidem non ſolum non ingenioſum, ſed ne laborioſum quidem eſſe indicaret; quid puſillitati meę in præſentia reliquum eſt? nempe niſi ut id repetam, quod D. Hier*[c]*. refert Donatum præceptorem ſuum dicere ſolitum, Pereant iſti, qui ante nos noſtra dixerunt. Huc accedit, quòd recentiores, non ſolum, ſi quid omnino antiquorum dictis addi poterat, id ſubtiliſſime & accuratiſſime excogitarunt, uerum etiam omnia ubicunq; recondita ueterum dicta diligenter adeo collegerunt, ut, tanquam auari uinitores, ne racemationem quidem ullam nobis reliquiſſe uideantur. Vtinam uerò ad compendium mali, aliquo ſaltem politioris elegantiæ nomine, in publicum prodire poſſem: Sed cum nec illud quidem, in his præſertim legalibus nodis, ſciam ſi poſſem, nec poſſim ſi ſcirem; conſultius forte facerem, ſi & humaniſtas quoſdam ulterius irritare deſiſterem, de leguleis, ut ipſi nos uocant, ſumma iracundia, uel potius rabie obloquentes, quòd aliena ſolum dicta uarijs maugonijs interpolantes, tam barbaros, atq; adeo contra Iuſtinian*[d] *edictum paratitla tantum in leges permittentis, prolixos commentarios, & Vulcano dignos conſcriamus: & me in iucundiori profecto ac fortaſſe laudabiliori uita continerem, interim Ouidianum*[e] *illud ipſe mihi ſæpius inſuſurrans,*

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit: & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.

Cui ſubſcribere uidetur Horatius[f] *dicens,*

Nec uixit male, qui natus morienſq; fefellit.

ſumptum a ueteri prouerbio, Abde te uiuens. Quod certe præſtat eorum conſilio, qui, dum nomen ſuum ſcribendo immortale reddere conantur, contra uehementer, ſed ſerò dolent, quòd ſua ipſorum ſcripta, auctores ſuos, non ſolum contra communne uotum parentum, turbato mortalitatis ordine, ſuperſtites reliquerint; uerum etiam (quod magis dolendum eſt) obſcuriores reddiderint: quæ ſanè res à mei præſertim ſimilibus, ſi inani tenerentur gloriæ cupiditate, præcauenda eſſet: quandoquidem (ut D. inquit Hier[g]*.) grandes materias ingenia parua non ſufferunt, & in ipſo conatu ultra uires auſa, ſuccumbunt: quod & Horatius*[h] *docet his uerſibus,*

Sumite materiam ueſtris, qui ſcribitis æquam
Viribus. & quæ ſequuntur.

a Thom. in 3. part. ſuæ ſum. q. 42. art. 4.

b in Rubric. de appel. & in Rubric. de præben.

c ſup Eccleſiaſt. cap. char. 2.

d in l. 1. §. no ui. 1. de uet. iu. enucl.

e in 4. de Triſtib.

f epiſt. lib. 1. ad Sceuā.

g in ſomere Nepot.

h in arte poetic.

Deniq; in nouennium ſaltem (iuxta eiuſdem Flacci præceptum) omnino editio differenda eſſet, cum & Bartholus, ad legum mentem interpretandam appoſite à natura productus, integrum luſtrum in unius tantum legis[i] *repetitione, admirabili illa quidem atq; immortali, conſumpſerit, ut ipſum in cathedra affirmaſſe, Cardinalis quidam eius auditor retulit Caſtrenſi*[k]*, dolenti ſui temporis repetitiones præcipitari, eaſq; propterea eſſe de duodena. Et ſæpe quidem euenit, ſiue moroſitate quadam ingenij, ſiue iudicij nimia ſeueritate, atq; adeo triſtiſſima cenſura, ut nihil abſolutum putemus, niſi in quo diutiſſime laboratum ſit, & niſi quod, ut inquit ille, longa dies, & multa litura coercuerit. Nec etiam poſtremo paruifacienda uidetur uitiligatorum omnibus detrahentium peruerſitas, ſiue quòd nō deſint qui iſta demum ſe doctos uideri putant, ſi alijs detrahant: quo fit, ut ea etiam plerunq; in foro uituperent, quę tamen in angulis libenter legunt: ſiue quòd indocti quidem quæ ipſi non intelligunt, errori ſtatim aſcribunt; docti uerò, diſſimulatis quę recte dicta ſunt, ſicubi ſemel aut iterum (ut nemini non accidit) lapſus fuerit auctor, id ſolū adnotant, id ſolum meminerunt. Quæ cū ita ſint, nemo ignorat, quanto periculo honorem ſuū exponat, qui ſcripta ſua in publicum edere curat. Et hæc quidem ſunt, quibus (ut uerum fatear) facile uel à ſcribendo deterreri, uel ſaltem à præpropera editione diſſuaderi, ac retrahi planè mihi uidebar. Verum cum ſuperioribus aliquot menſibus à iudicijs, cauſiſq;, & alijs publicis occupationibus diſceſſerim, & laborioſum profectò nimis, moleſtumq; adnotandi, & iudicandi onus depoſuerim, mihiq; me ipſum uendicauerim, ut mihi iam, quicquid reliqui uitæ clementia Dei conceſſerit, uiuere poſſem, quod & alios*[l] *feciſſe antiquis & modernis temporibus pleroſq; audiuimus; uiſum fuit nonnulla, quę in frequenti illa materia. §. cum ita. ad Trebell. ſuperioribus annis in foro uerſans, per ſchedulas obſeruaueram, in unum colligere, atq; ea qualiacunq; in repetitionis formam redigere, & redacta alijs etiam cōmunicare, nō mehercule ad uanam ingenij uel doctrinæ alicuius oſtentationem, cuius quidem illa capacia non ſunt, & à qua ſemper abhorrui; ſed ut, ſi quid boni in eis eſſet, id totum ad honorem Dei bonorum omnium largitoris accederet, & alacriorem ad alia et, quæ in ære noſtro ſunt, aggredienda animum redderet. quod ſi ſecus accideret, æqui ſaltem boniq; quod conati fuiſſemus, conſuleretur. Ad quod eò magis animum induximus, ne conſilium mihi forte fuiſſe uideretur, in ſocordia nunc atq; deſidia deliteſcere, et manus, ut aiunt, compreſſas tenere, uel in agrorū cultu, aut uenatione, mercaturaúe, aut alijs mundi illecebris uitā peragere, ac nō potius id, ea ſolum ratione à me factū eſſe, ut liberius & intenſius, quod ſemper optaui, ſtudijs operam nauare poſſem: qua in re illud ſaltem dicam, quod uel apud iniquiſſimum iudicem obtineam, placere mihi otium meum, & ſolitudinem omni celebritate iucundiorem uideri. Cæterum cum*[m] *lectionis fructus ſit aliquid ſcribere, & lectio ſine ſtylo ſomnium putetur, ſtatui (iuxta Ann. Senecæ*[n] *documentum) inuicem lectionem ſtylo commutando, alterum altero temperare, & apum exem-*

i l. de ætate. ff. de minoribus.

k in l. Si minorem. C. de in integ. reſt. min.

l Albert. de Roſ. ut per ipſum in proœm. C. Lucium Craſſum, ut per Cic. in 1. de Orat. et alios. hic tex. not. in l. 1. C. de aduo. diu. iudic. ubi Acc.

m Hieron. ad Damaſ.

n in epiſt. 85. ſumptum a Lucil. p. 3.

plo, quicquid ab alijs collegimus, per fauos digerendo, ita diſponere, ut etiam ſi apparuerit unde ſumptum ſit, aliud tamen, q̃ id, quod ſumptum ſit, eſſe uideatur. Et ut quemadmodum alimenta, quæ, dum ſolida innatant, ſtomacho oneroſa ſunt: ex eo uerò quod erant, mutata, in uires, & ſanguinem conuertuntur: ita et aliena doctrina, non ſemper memoriam onerans, ſed per fidelem aſſenſum, tanq̃ propria effecta, in ingenij uires tranſeat. Nec mehercule ſuperius dicta aliquem à ſcribendo deterrere debent. Nam ſi omnes alij poſteros docere ſcriptis recuſaſſent ſuis, certe nec ipſi quidem Pythagoras, Socratesue, quales fuerunt, euaſiſſent: ſed neq; ulla ars ad eum perfectionis gradum, ad quem iam tot ſeculis perueniſſe conſpicimus, (meo quidem iudicio) progreſſa unq̃ fuiſſet. Quinimmo ut triſte eſt diuitem ſine hærede, ita ſapientem ſine ſcriptis decedere, perq̃ eleganter Baldus[o] miſerrimum eſſe iudicauit. Satius itaq; eſt eos prudentes uiros imitari, qui perpetuum doctrinæ ſuæ, quantacunque illa fuerit, exemplum poſteris relinquere uoluerunt. Non enim nobis ſolum nati ſumus, ſed ut alijs etiam, quantum poſſumus, prodeſſe enitamur. Quòd uerò maiores noſtri, omnem prorſus oſtendendi ingenij, & diligentiæ uiam nobis præcluſiſſe uideantur, id eatenus attendendum eſſe cenſeo (quod idem Decius re ipſa docuit) ut difficultate propoſita acrius atq; enixius inuigilemus; non autem ut deſperatione conterriti eos imitemur, qui aut res magnopere expetendas experiri nolunt, ꝙ eas ſe aſſequi poſſe diffidant, aut qui acutiores ſe, ac doctiores uideri putant, ſi, uel ſcienter, erronea potius ſua, dummodo noua, opinionis auctores ſint, q̃ aliena, licet optima atq; uerißimæ, aſſertores. Nam ut hos merito D. Auguſtinus[p] eiuſq; doctiſſimus ſcholiaſtes Lud. Viues acriter reprehendunt; ita illorum animos grauiſſimi auctores[q], non minus eleganter, quàm ſapienter, ea præſertim erigunt ratione, ꝙ cum ita natura comparatum ſit, ut in præſtantibus rebus magna ſint ea, quæ ſunt optimis proxima, non primos tantum admiramur, ſed uel etiam infra ſecundos condigni honores nunquam deficiunt: atque hinc eſſe, ꝙ ob ſuperiorum gloriam, aut inimitabilem præſtantiam nedum excellentes uiri Theologi, Philoſophi, Oratores, Poetæ, ab optimis ſtudijs aut ſcribendo deterriti non ſunt, ſed nec minoris quidem famæ opifices ſe artibus ſuis remouerunt; rati nimirum ſatis honeſte ſecum actum iri, ſi ad primum ordinem tendentes, ad ſecundum ſaltem, ut par eſt, tertiumue peruenire poſſent. Hinc illud Horatij,

> Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
> Non tamen iccirco &c.
> Eſt quoddam prodire tenus, ſi non datur ultra.

Ad hæc, inuenientis, ut rectiſſime Baldus[r] poſt Senecam ſcriptum reliquit, inuenta non obſtant: & adhuc multum ſupereſt operis, ſemperq; ſupererit; quod certe in hoc præſertim tam uaſto legalis ſcientiæ pelago facile admitti poteſt, in quo noui ſemper aliquid, aut certe non ita omnibus obuij reperiri poteſt, uel deniq; quod alijs tum inueſtigandi, tum reperiendi occaſionem præbere poſſit. Quòd autem ad paruitatem meam attinet, equidem ut nihil noui à me afferri poſſe ſine controuerſia fatear, non tamen ſuſcepti me laboris unq̃ pœnitebit; quando mihi ipſi ſaltem, iuxta ſupra relatum Senecæ documentum, tum acuendi ingenij & intelligentiæ, tum uerò etiam firmandæ melius memoriæ gratia, hanc exercitationem non penitus infructuoſam fore mihi perſuadeam. Proinde ſtatui (quod Plinius ingenui animi eſſe affirmat) diligenti nomenclatura, quid cuius ſit, quidq; cui acceptum ſeram, ſimpliciter nedũ fateri, ſed etiam profiteri. Conſilij enim mei non eſt, alienis me uenditare plumis,

> Ne[s] ſi forte ſuas repetitum uenerit olim
> Grex auium plumas, moueat cornicula riſum,
> Furtiuis nudata coloribus.

Nec ꝙ ueteribus ollis, nouas aliquando affigam anſas, furtum ideo uelle diſſimulare, cum præſertim non ignorem Thaletem Mileſium à diſcipulo ſuo Mandrita Prienenſi, pro egregia mercede, nihil aliud petijſſe, niſi ut inuentorum ſuorum, ipſum magiſtrum, non autem ſe, uel alium quempiam auctorem faceret: ſciamq; hac ratione homines, (ut D. inquit Hier[t].) eruditionis gloriam declinando, eruditiſſimos haberi. Illis autem, qui nobis probri loco ponunt, ꝙ aliena ſumamus, non ab re (opinor) reſpondere poterimus, non quidem quod Vergilium reſpondiſſe ferunt, pulcrum eſſe de manu Herculis clauam eripere, ſed quod argute Cicero[u], obijcienti ſibi, ꝙ à philoſophis illa ſumeret, Metuebam, inquit, ne a lenonibus diceres. unde enim niſi ab optimis doctiſq; iuris optima quæq; ſumi poſſunt? Haud uerò parum eſt, ut D. Hier[x]. conſtanter affirmat, ſcire in magnis atq; arduis rebus, aliena referre, ingenij noſtri ariditatem aliena ubertate adiuuare. Quòd ſi forte in antiquorum dictis uel nouè recenſendis, uel enucleandis, nullum omnino locum (quod tamen haud ſanè ſimpliciter concedimus) nobis relictum eſſe, obijciatur, in recentium ſaltem dictis aliquantulum immorari, fortaße non omnino inutile futurum eſſe confidimus. Cæterum cum doctori promittenti maria & montes non ſit credendum[y], uerum potius (ut Stoicus inquit Epictetus) quicunq; aliquid doctrinæ hauſerit, debeat more ouis in paſcuis bene depaſtæ, non ueſpere gloriari, ſed lac affatim uelluſq; præbere; iccirco perbenignum te lectorem etiam atq; etiam rogatum uelim, ut ſi mihi forte, tanq̃ paupercula illi Moabitidi[z], Dei benignitas non omnino uanum ſpicilegium conceſſiſſe uidebitur, (cum etenim multa grata ſint atq; utilia, ea tantum ratione, ꝙ ſic fortunæ libuit, cur meam & ipſe cupiditatẽ laboremq; ominibus optimis non proſequar?) id totum tanq̃ quod à fugitiuo, uel decoctore exegeris, in lucro reputes, atq; ita exiſtimes, protuliſſe alios in gazophylacium de theſauro ſuo noua & uetera, aurum, argentum, lapides præcioſos; nobiſcum autem bene agi, ſi (ut D. inquit Hier[a].) obtulerimus pelles & caprarum pilos. Curæ illud certe pro uiribus nobis erit, ne quid huc afferatur, quod non uel ratione tueri, uel auctoritate poſſimus. Styli porrò nitorem aut eloquentiam in ueritatis indagatione non deſiderari, ſatis iampridem ab eloquentiſſimo Ioanne Pico ad Hermolaum Barbarum demonſtratum eſt: &

o in procem. Decretal. col. 2.

p de Ciuitat. Dei lib. 18. c. 11.

q Cic. in lib. cui tit. Orator pag. 1. cum seq. & Colũ. libr. 1. pag. 5. cũ seq. D. Hieron. i procem. super epiſt. ad Ephes.

r ubi ſupra.

s Horat. epiſto. libr. 1. ad Iul. Flo.

t in funere Nepot.

u in Parad. æqualia eſſe peccata.

x in procem. ſuper epiſt. ad Galat.

y glo. i. l. omnes. §. 6. de re mil.

z Ruth. c. 2.

a in. 2. apol. aduerſus Ruff. poſt med.

terte, ut Manilius ille Aſtronomus cecinit,

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Atqui ſi vnquam uetus illud dictum ſeruandum eſt, Rudius & planius, id certe vel in his præſertim inextricabilibus nodis faciendum eſt, in quibus frequenter etiam portentis verborum vti neceſſe eſt: quod aliquando ipſum quoque Romanæ eloquentiæ parentem, & iureconſultos factitaſſe nouimus[b]*. Fremant frendeantq; delicatiores iſti quantum velint, Gulielmus præſertim Budæus, vir alioqui græce & latine eruditiſſimus, verum purus putus humaniſta. illis enim tanquam militibus è mœnibus conuicia iaculantibus, verum à pugna remotiſſimis, dici poteſt vulgatum illud, tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Quòd verò multitudinem commentariorum Vulcano, vt ipſi nobis obſtrepunt, dedicandorum (vota certe non alia, quam libitinariorum aduerſus medicos) execrantur, quaſi non idem in eorum profeſſione vſu venire ſoleat, nulla prorſus eos reſponſione dignos arbitramur, cum præſertim ſua ipſorum ratione attenta, iandiu illorum libri in cineres abiiſſent. Quotus enim quiſq; eorum eſt, qui, contra vulgatam comici ſui ſententiam, gloriari poſſit, quicquam ſe dixiſſe, quod prius dictum non fuerit? quis (vt Salomon*[c] *inquit) poteſt dicere, Ecce hoc recens eſt? Cæterum quod ad Iuſtiniani edictum pertinet, ei ab inſigni iuriſconſulto Andrea*[d] *Alciato ſufficientius reſponſum eſt, quam vt ea in re vlterius immorandum ſit. Vetus autem illud dictum, Abdite viuas, tanquàm ab Epicuro profectum (relicta inter priuatam publicamq; uitam controuerſia*[e]*) tantum abeſt, ut quenquam monere debeat, vt ea potius, quæ contra illud à ſapientiſſimis viris*[f] *adducuntur, vnumquenq;, niſi prorſus rationis expers ſit, vehementer ad aliquid præclari agendum hortari debeant, atq; impellere. Nec deniq; rei magnitudinem formidamus, quin potius ea maxime confidimus, cum Propertio dicentes,*

Quod ſi deficient vires, audacia certe

Laus erit, in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Præſertim verò cum (vt præclare docet Horatius[g]*) vel mediocres iuriſconſulti, & alii, qui ſcientias ſerias profitentur, laude digni ſint: poetæ vero, aliiq; leuiora, & voluptatis tantum gratia inuenta, profitentes, niſi egregii ſint ac propemodum ſingulares, laudis quicquam ſibi comparare nequeant. nec mirum, cum difficilius ſit in grauioribus hiſce arduiſq; rebus, vel mediocres euadere, quam in illis iucundis & facilibus maxime raros ac præcellentes. Horum poſtremò, quæ ſumma celeritate, & memet in horas præueniens, ſcripſi, editionem, vt in nouennium differrem, nunquam adduci potui, ſiue quod, qui meus eſt genius, non parere vnquam, ſed abortire conſueuerim, & corrigendi tædium non feram; ſiue quod, ſi corrigere vellem, non obſcure intelligam, quod cum mihi ipſi nunquam ſatisfaciam, toto nouennio, nunquam ab horum ſcriptorum caſtigatione, mutatione, additione, deſiſterem: ac proinde non ſecus forte nunc mihi, quam olim ab Apelle Protogeni*[h] *uitio verti poſſet, quod manum de tabula neſcirem tollere. Sæpe enim vſu venit, vt ſcripta noſtra nimia cura vel peiora reddantur, neque tam lima poliantur, quam exterantur. Ad hæc, quotus quiſq; eſt, qui eiuſmodi de nouennio præceptum poſſit obſeruare? niſi forte nouennem iſtam curam non temporum ſpatiis, ſed intentione metiamur. Minus vero ſycophantarum metu quiſquam à ſcribendo deterreri debet: quandoquidem non malorum, ſed bonorum tantum virorum intuitu, ad bona opera aggredienda animus inducitur. Hi enim totum oppoſitum eius, quod illi, facientes, diſſimulatis quæ perperam dicta ſunt, ſi quid boni in opere vllo inueniunt, id ſolum annotant, id ſolum meminerunt, prout etiam fieri debere & naturalis ratio dictat, & fraterna caritas expoſtulat, nec non proprii tum honoris, tum commodi ratio ſuadet. Cæterum alia quoq; particularis in hoc ſcriptore adeſt ratio, cur ne malorum quidem metu ab inſtituto opere retrahi debeat. nam cum eius auctoritas minor ſit, quam vt ei quiſquam inuidendi cauſam habeat, facile futurum eſt, vt ſcripta hæc ab inuidorum morſibus tutiora reddantur, quàm ſi ab illuſtri aliquo auctore profecta eſſent. Magno ſanè vlli ac præcellenti viro tanquam tutelari numini, (quod plerique omnes de ſuis ſcriptis faciunt) hæc qualiacunque dedicanda eſſe non duximus, tum quod prædictis rationibus nec bonorum nec malorum linguas formidarent, tum quod eas dedicationes parum opis auctoribus, vel præſidii afferre, ſatis iam ſuperq; vſu compertum eſt: tum verò vel maximè, quod vt has incultas nugas meas magno vlli uiro nuncupare, temerarium eſſe videbatur; ita etiam ſi fortaſſe boni aliquid in eis reperiri datum eſſet, nullo tamen iure nullaq; ratione cuiquam offerre poteram, quod meum non eſſe exploratiſſimum habebam: quandoquidem id totum Deo optimo maximo acceptum referri debere non ignoremus, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum*[i]*, clamante etiam Paulo apoſtolo,*[k] *Quid habes quod non accepiſti; & ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Sed hactenus datum ſit proœmio. nunc ad id, quod inſtituimus, propius accedamus, & principio Iuriſconſultum ipſum audiamus.*

CVM ITA *fuerit ſcriptum, Fidei filiorum meorum committo, vt, ſi quis eorum prior ſine liberis diem ſuum obierit, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat: quod ſi vterq; ſine liberis diem ſuum obierit, omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam peruenire volo. Defuncto altero, ſuperſtite filio, nouiſſimo autem ſine liberis; neptis, prima quidem facie, propter conditionis verba, admitti non videbatur; ſed cum in fideicomiſſis voluntatem ſpectari conueniat, abſurdum eſſe reſpondi ſ partis nepti petitionem denegari, quam totam habere voluit auus, ſi nouiſſimus fratris quoq; portionem ſuſcepiſſet. hactenus ille.*

Scriptum legis anguſtum, legis interpretatio diffuſa eſt: Senec. in. 4. declamat. libr. 9.

b ut late per Tiraq. i. l. Si unquam in uer. ſuſceperit liberos. i. pri. C. d. reuo. don.

c in Eccliaſt. c. 1.

d in. l. fi. §. 1. de ver. ſign.

e de qua late p Alcio. de exil. im memor. C i cer. de off. 1. cha. 6. & habetur in. c. Niſi cum pridem de renun.

f Plut. i lib. cui titulus eſt recte dictũ ſit, ita viuas, vt nemo te ſentiat vixiſſe. & alii permulti.

g in Ar. poe.

h vt p Plin. lib. 35. c. 10. pag. 1.

i pri. Iac. 1.

k pri. Cor. 4.

Mirũ uideri non debet, ſi infinita propè cõmentario
rũ ſylua ſuper hoc textu ſit congeſta, quandoquidem
non minus vera, q̃ elegantia ſunt, quæ in eius com-
mendationem præfatur hic in principio Franc. Rip.
cui addo præſentem materiam habere difficiliora
contraria, quæ ſint in corpore iuris, ſcđm Bart. &
Curt. iun. in. l. pen. C. de impub. vbi Alex. difficilem
periculoſamque hanc materiam eſſe aſſerit; hic ve
rò col. 8. ver. vnde Bar. addit, utilemq́; & quotidia
nam. Accedat, ꝙ, ut dicit etiam Bolog. in addit. ad
conſ. Io. de Ann. 68. in prin. materia iſta non poſſet
eſſe magis frequens. Cum Terent. itaq; dicere poſſu-
mus, Herclè digna res eſt, cui neruos intendas. con-
uenienterq́; mihi dici poteſt Plautin. illud in Pœnu-
lo, Probam nactus es materiam, tu facito probum ar
tificem te preſtes. quod, obſecro, Spiritus Sancti cle-
1 mentia cõcedat. ✠ Status huius ſpeciei eſt ex ſcripto
& ſententia, de quo late per Rhetores habetur, vt
per Cicer. in. 1. de Orat. & in. 2. ad Heren. et ad fi.
partit. & in libr. de claris orat. circa. me. & pul-
cre in orat. ſua pro Au. Cecin. per Quintil. libr.
7. vbi ꝙ ſtatus iſte frequẽs eſt penes iuriſc. & Trapo
zũt. lib. 2. circa me. celebrem illam centumuiralem
cauſam in exemplum adducentes, Lucio Craſſo pro
M. Curio, & Scęuola iuriſc. pro Coponio contendẽti
2 bus, ✠ an ſubſtitutus pupillariter filio naſcituro, ad
mittatur filio non nato, de qua. q. licet de Rhetor. non
meminerint, tractant etiam iuriſtæ noſtri, vt per
Bar. et alios in. l. 1. in. 2. effectu uulg. ſubſtit. de vulg.
& pup. cum concor. à Tiraq. plene cumulatis in. l. Si
unq̃. in ver. libertis. nu. 50. immo Claud. de Seiſ. in
d. l. 1. col. 8. & ibidem Rip. nu. 168. & Alciat. nu.
76. reprobant quandam limit. ad hanc deciſ. tradi-
3 tam per Alex. in cõſ. 188. vol. 3. vt ibi ꝑ eos. ✠ Hos
moder. allego tum gratia breuitatis, tum ut ſequar
documentum Fely. in. c. Rodulphus. poſt nu. 22. de re
ſcrip. alleg. in arg. dictum illud D. Gregor. Quid eſt
quod non uideant, qui uidentem omnia uident? Cui
adde Ant. de Butr. in conſi. 24. q. hęc. colu. 2. ver.
In hoc puncto. Quod certe de ipſomet Fely. ac etiam
de memorato Tiraq. dici poteſt, qui uimirum ſuis la-
boribus, & præſtanti ingenio, omnimodæ lectionis,
& diligentiſſimæ obſeruationis nomen, doctiſſimorũ
uirorum iudicio, ſunt aſſequuti. adhęrendum tamen
ſemper eſt potius opin. antiquorum, q̃ moder. ſcđm
Pract. Pap. in for. cap. quãdo teſt. exam. ad perp. rei
mem. in fi. Summatur hic tex. ſecundũ Bar. & alios
communiter ſic, Fideicommiſſum relictum à duobus
cum expreſſione nominis collectiui, debetur, etiam ſi
in perſona vltimi tantum conditio exiſtat, ſi non ſu
pereſt perſona, quæ ex præſumpta mente defuncti
ſubſtitutum excludat. Verum quia hoc ſummarium,
tum eſt defectiuum, quia tex. non ſimpliciter dicit, ꝙ
fideicommiſſum debeatur, ſed ꝙ pro parte eius, in quo
uerificata eſt conditio, tum uerò excedit contenta in
tex. neq;. n. tex. directò ſe fundat, quia non ſuperſit
perſona quæ &c. ſed quia quem totum &c. Ideo co-
gita ſi nouc poteſt breuius, & forte melius, ſic ſum-
mari. Conditio reſpiciens perſonas grauatas, ſcin-
ditur. Hoc autem qualiter procedat, ˚j. late uidebitur,
& particulariter uide. ˚j. nu. 15. Facti contingentia
in hoc tex. talis fuit. Sempronius habens duos filios,
& ex alio præmortuo neptem nomine Claudiam, cõ
didit teſtamentum, in quo (ut refecẽ not. per Imo.
hic col. 1. & Alex. poſt ſummariũ) ✠ ꝓſupponũtur 4
cætera habilia, iux. l. Qui teſtamẽto in prin. ff. de te
ſtam. cum concor. late alleg. per Cagnol. in. l. vinũ.
nu. 3. cui adde tex. cum glo. in Auc. Offeratur. C. de
lit. conteſt. quem ad hoc alleg. Socin. in. l. Qui duos
col. 5. in fi. de reb. dub. & tex. in. l. Furioſum. ad fi.
C. qui teſt. fac. poſſ. & in. l. 3. §. fi. de leg. præſt. &
de hac reg. magnum feſtum facit Deci in locis al-
leg. ꝑ Cagnol. ubi. ˚s. & per Crauet. de Antiq. tẽp. in
1. par. ad fi. princ. Et ita etiam in ter. ferè noſtris di
cebat Iaſ. in. l. Si pater impuberes. col. 1. de uulg. &
pup. Et in quo quidem teſtamento, facta prius inter
filios inſtitutos reciproca ſubſtitutione, poſtea, ſi
uterq; ſine liberis decederet, ſubſtituit in tota hære-
ditate neptem. Euenit, ꝙ primus moriens reliquit fi-
lium, ſecundus vero nullum. Quæritur, an Claudia
neptis ſubſtituta poſſit conſequi totam partem ſcđi,
qui ſine filijs deceſſit. Et certe non magnopere labo-
randum eſt in hoc caſu, de ratione dubitandi, iux. iu
ra uulg. alleg. per Franc. Niconit. qui de qualibet,
uel uulgatiſſima re, nimibus hybernis crebriores au-
ctoritates adducit, contra glo. in c. Tales. 23. diſt. &
in clem. Sæpe. ubi etiam Card. de uerb. ſign. Nicon.
inq̃ in. §. Duo fratres. col. 4. & late etiam per Ca-
gnol. ubi limitat, in. l. uni. in. 1. not. C. quan. nõ pet.
par. & uide etiam. ˚j. nu. 126. cum ſeq. ✠ Et quæ qui 5
dem dubitandi ratio licet etiam fatua ſufficeret, iux.
gloſ. in. l. Eunuchis. C. qui teſt. fac. poſ. & per Soci.
iun. in. l. cum filioſa. in. 4. par. glo. nu. 26. ✠ ille tñ 6
intellectus legis præfertur, qui eſt de caſu magis du-
bitabili, ut per Deci. poſt Abb. in. l. Quoties idem ſer
mo. de reg. iur. et in. l. Illam. col. 1. C. de collat. Rip.
in reſpõ. 6. col. 3. ſub tit. de legi. Nicol. Arelat. in. l.
Generaliter. nu. 15. de ſec. nupt. Crauet. in conſi. po
ſito poſt trac. de antiq. temp. nu. 18. contra quod ta
men arguit, nec ſoluit, Socin. in. l. In ambiguo. col.
1. in fi. cum ſeq. de reb. dub. & ad præd. uide etiam
˚j. nu. 126. cum ſeq. Hic enim rationes dubitandi
adeo efficaces ſunt, ut à contrarijs difficile deciſio ſal
uari poſſit, ut. ˚j. uidebimus. Videtur enim, ꝙ Claudia
nullo modo conſequi poſſit totam partem illius ulti-
mi, licet ſine liberis defuncti, ſequẽtibus rationibus.
Primo, quia immo uidetur, ꝙ tota portio huius ulti-
mi pertineat ad filium primi, uigore reciprocæ ſubſti
tutionis primo loco factę. licet enim ſubſtitutio con-
ditionalis regulariter non tranſmittatur, ut dice-
mus. ˚j. nu. 147. attamen in deſcendentibus ſecus ui
detur, ſcđm glo. in. l. Is cui. de act. & oblig. quam
poſt Cum. ſequitur & tuetur Soci. hic col. 4. Sed ſic
eſt, ꝙ ubi habet locũ prima ſubſtitutio, non eſt tra-
ctandum de ſecũda, ut not. ˚j. nu. 39. & nu. 1311.
ergo &c. Et ſi reſponderes, primo, ꝙ contra glo. in. d.
l. Is cui. eſt com. opin. ut. ˚j. nu. 191. Secundo, ꝙ ubi
aliâs fieret tranſmiſſio fideic. conditionalis, attamen
nunq̃ fit in prçiudicium ſecundi ſubſtituti paris in
gradu, ut. ˚j. nu. 338. replicatur ex mente Alex. hic
tum. col. 1. verſ. in tex. ibi, Si nouiſſimus. tum col. 3.
uer. 3. ſolut. ꝙ (ut præd. interim reſponſiones ue-
ras eſſe admittamus) non propterea ſaltẽ Claudia de
beret habere totum. Nam aut iſte ultimus deceſſit

inteſtatus, & tunc Claudia, & filius primi debent
pariter admitti, cum ſint pares in gradu: aut uerò de
ceſſit teſtatus, & tunc eius uoluntas ſeruari debet.
ſicut enim ſeruaretur, ſi ipſam Claudiam in totum
heredem inſtituiſſet, ita etiam ſeruari debet, ſi ipſa
unà cum filio primi, uel etiam ſi ſolus filius primi, im
mo etiam ſi forte aliquis extraneus, fuiſſent inſtitu-
ti. Nec obſt. ꝙ Claudia illi ultimo fuerit ſubſtituta:
Quia ad hoc, in quo tota reſidet difficultas huius tex.
reſpon. ꝙ erat quidem ſubſtituta, uerum ſub condi-
tione, ſi uterq; deceſſiſſet ſine filijs: cũ ergo uterq; non
deceſſerit ſine filijs, uerba conditionis (ut fatetur ēt
7 Iuriſc.) uidentur deficere. ✠ quo fit, ut ſubſtitutus cõ
ditione defectus, non tam dicatur excludi, q̄ perinde
haberi, ac ſi nunq̄ fuiſſet ſubſtitutus. l. Pecuniam
quã. ubi Deci. in. 2. not. ſi cert. pet. l. 1. de reg. Cato.
Caſtr. in cõſ. 292. col. 2. vol. 2. Corn. in cõſ. 180.
col. 3. uol. 4. Pariſ. in conſ. 19. col. 5. vol. 2. Cra-
uet. in conſi. 62. col. 1. Quibus adde Ang. in conſi.
265. in. 2. dub. & Io. de Anna. in conſi. 68. pro-
pe fi. Socin. in conſi. 117. col. pen. vol. 3. qua tamen
in re uide Soci. iun. in. l. cum filiofam. in. 4. par. glo.
col. 6. Corroboratur hæc reſponſio ex not. per Dyn.
quem placet referre, in cõſ. 40. Teſtator poſt multa
legata. alleg. a Bar. et Alber. de Roſ. hic col. 1. & a
Curt. ſen. in cõſ. 45. poſt nu. 12. et a Soc. iun. ĩ cõſ.
158. nu. 55. uol. 2. & de eo loquemur ēt. ſ. poſt nu.
1069 (cõqueritur enim Fely. in c. Omnes. col. 4. in
prin. 1. diſtinc. de ijs, qui ex auaritia doctores anti-
quos in fonte non uident) Quia quando uerba ſunt
clara, ea etiam in ultimis uoluntatibus in primis at-
tendenda ſunt. l. In ijs. de condi. & demon. cum alijs
alleg. ſ. in. 1. not. Sed ſic eſt, ꝙ pater uoluit, ſi uterq;
ſine liberis deceſſiſſet, ſubſtitutam admitti: ergo alte
ro decedente cum liberis, licet altero ſine, repelli de-
bet ſubſtituta. Præterea cum ly, uterq;, ſtet copula-
tiuè, æquipollet duabus conditionibus appoſitis: mo-
do ſic, quando ſunt duæ conditiones appoſitæ, defe-
ctus unius reddit ſubſtitutionē in totum inutilem. l.
Mæuiuſ. l. Si hæredi plures. de cõd. inſtit. ut per Iaſ. in
l. Si quis ita ſtipul. fuerit. col. 1. de uerb. obliga. Rom.
in ter. in conſi. 131. Deci. in conſi. 89. colum. 2. &
417. col. 1. Paris. in conſi. 14. col. 3. nolu. 2. Curt.
iun. in pulcro caſu in conſi. 89. colũ. 2. (qua tamen
in re non omitto pulcram deciſ. Fulg. in conſil. 15.
col. 2. quam ſequitur Soci. iun. in conſil. 42. colũ. 5.
8 vol. 1. & in cõſi. 114. col. 8. eo vol. ✠ ꝙ ſubſtitutus
alicui, ſi infra. 20. annos, & ſine filijs deceſſerit, ad-
mittitur, & ſi ille poſt. 20. annos, dũmodo ſine filijs,
& inteſtatus decedat) Sed ſic eſt, ꝙ in propoſito ca-
ſu, altera conditionum defecit, ergo eius defectus red
dit ſubſtitutionem in totum inutilem. Accedat, quia
quotieſcunq; uerba ponuntur indefinite, uel copula-
tiue, dicitur oratio ſumi ex uniuerſo. l. Si pluribus. de
leg. 2. l. Si plures. et. l. Hoc legatũ. de leg. 3. tunc ſic,
9 ✠ quãdo oratio ſumitur ex uniuerſo, ſi quid falſum re
peritur, tota oratio falſa iudicatur. l. Si is qui ducen-
ta. §. vtrum. de reb. dub. Sed ſic eſt, ꝙ in propoſito ca
ſu, altera tantum pars orationis uera extitit, altera
uero falſa: ergo ſequitur, ꝙ tota propoſitio redditur
falſa, & per conſequens Claudia à ſubſt. penitus re
pelli debet. Nec obſtare uidetur. l. Lucius. §. Caio.
ſ. eo. quia ibi erant inſtituti extranei, & ideo inter
pretamur pro parte præmortui ſubſtitutionem habe
re effectum, ad hoc ut uoluntas teſtatoris citius &
facilius exequatur, ut. ff. de verb. oblig. l. Ita ſtipula
tus. §. Idq; defendebat. hic autem erant inſtituti filij
teſtatoris: & ſic ex diuerſis non infertur. uulg. l. fi.
de calum. & l. Papin. exuli. de minor. Nec obſta-
re uidetur. l. Pater. & l. Hoc articulo. ſ. de hære. in-
ſtit. quia illud ibi ideo eſt, ne delictum, uel defectus
unius, alterum lædat, cum alteri per alterum iniqua
conditio afferri non debeat. ut. uulg. Et hæc quidem
in ſubſtantia ſunt dicta per Dy. ubi. ſ. cui adde quæ
congerit Deci. in conſi. 594. & Soci. iun. in. d. conſ.
158. ✠ Secundo adde idē eſſe, qñ plures uocantur ſub 10
conditione poteſtatiua, quia ſi conditio deficiat quo
ad unũ ex uocatis, deficit quo ad omnes, ut per Rui.
in conſi. 150. col. 5. uol. 3. de quo tamen (non ingre
dior propterea materiam. §. Cato) uide Bar. in. l. Si
plures. C. de cond. inſer. Tertio adde, ꝙ cum teſtator
in hac ſecũda ſubſtitutione, de qua agitur, poſuerit in
cõditione filios utriuſq; ad excluſionē Claudiæ, clare
conſtare uidetur, eum uoluiſſe, ꝙ non ſolum filij pro
prij decedentis excluderent Claudiam ab hac ſubſti-
tutione, ſed etiam filij alterius, tanq̄ prædilecti, iux.
uulg. l. Lucius. Accedat, quia facile fuiſſet teſtatori
dicere, ſi ultimus deceſſerit ſine filijs. differentia. n.
debet ēē, an dicatur, ſi ultimus, uel, ſi uterq;, arg. l. Si
idem. C. de codic. & not. in. l. Serui electione. §. 1. de
leg. 1. per. l. Iulianus de leg. 3. facit limit. ad. l. Fun-
dus qui locatus. ff. loc. attētata per Cagnol. in. l. uni.
ſi quis inſd. non obtem. aliâs poſitio filiorum primi in
conditione, eſſet ſuperflua. Quod ex eo maxime con-
firmari uidetur, quia teſtator in hoc tex. prouide-
rat in caſu, quo ſolus primus moriens decederet ſine
liberis, nempe de altero ſuperſtite, pariter prouide-
rat in caſu, quo uterq;, nempe de Claudia: in caſu ue
rò, quo ſecundus tantum decederet ſine filijs, non pro
uidit, quia non erat opus, cum tunc præſupponatur
extare filios ex primo, & ipſam Claudiam, pares in
gradu: & ſi omnino teſtator hoc etiam caſu prouide-
re uoluiſſet, ne forte decedens poſſet uel inter uiuos,
uel in ultima uoluntate aliter diſponere, vtiq; veroſi
mile eſt, ꝙ uel ſubſtituiſſet filium primi unà cum ipſa
Claudia, cum ſint pares in gradu, uel ſaltem dixiſſet,
ſi vltimus, non autem, ſi uterq;. hic ergo caſus videba
tur omiſſus, vt dicit Deci. in ter. in. l. pen. loquens de
illo tex. C. de impub. quem latius referemus. ſ. num.
840. igitur debet haberi pro omiſſo. l. Cõmodiſſime
de lib. & poſth. cum ſimil. alleg. per Barb. in conſi.
35. col. 4. vol. 1. quod in qualibet materia procede-
re oſtendit Tiraq. de Primog. q. 40. nu. 194. Præte-
rea, ut inquit Alcia. hic poſt nu. 2. verſ. Maxime. ſi
filius ex primo excludit ſuperſtitem coniunctum à re
ciproca præcedente, multo magis debet excludere
Claudiam ſecundo loco ſubſtitutam, arg. vulg. l. Pu
blius. §. 1. Nec præd. obſtare videntur not. per So-
ci. hic col. 1. dicentem, ꝙ filij vnius in hoc text. non
cenſentur poſiti in conditione quo ad portionem alte
rius, vt latius referemus. ſ. poſt nu. 85. verſ. &
quia. Ad hoc enim videtur reſponderi poſſe, ꝙ obie-
ctum procederet, ſi ſecundus habuiſſet filios. tunc. n.
ipſi deberent excludere ſubſtit. a portione eorũ pr̃is,

nõ aũt filij ex primo. Sed cũ ſcđs deceſſerit ſine filijs,
ſequitur, ꝙ filij ex primo deberent excludere ſubſtit.
non ſolum à portione primi, ſed etiam à portione ſe-
cundi, prout etiam dicimus in ſubſtit. ſacta de filijs
utriuſq;, ꝙ filij unius cẽſentur ſubſtituti nõ ſolũ quo
ad portionem eorum patris, ſed etiam quo ad portio-
nem alterius, ſi decedat ſine filijs, vt per Deci. not. in
cõſ. 546. ĩ fi. de quo. ĵ. nu. 797. accedãt not. ĵ. nu.
88. Nec obſtare etiam uidetur, ſi diceretur, teſtatorẽ
in hoc caſu requiſiuiſſe utrunq; decedere ſine liberis,
ad hoc ut ſubſtit. haberet totam, ut patet per dictio-
nem, omnem; ſed non requiſiuiſſe utrunq; decedere ſi-
ne liberis ad hoc, ut haberet partem: & ita dicebat
Deci. in. d. l. pen. col. 3. in princ. & acutiſſ. doct. D.
Hierony. Torniel. hic nu. 78. in fi. & nu. 136. uer.
Reſpondetur. quem honoris, & magnę in eum, licet
nunq̃ uiſum, beneuolentię cauſa nomino; atq; id qui-
dem, uel propter excellentem ingenij & doctrinæ præ
ſtantiam, quam in ſcriptis ſuis præ ſe fert, uel etiam
patriæ ſuæ nomine, in qua nimirum genitorem meũ
eo anno præturam egiſſe perceperim, quo ciuitas illa
poſt modum a Cæſareo exercitu capta fuit. Ad hanc
enim rñſionẽ uidetur replicari poſſe. Primò, ꝙ neq; ẽt
teſtator diſpoſuit, ꝙ altero decedente ſine liberis, ſub
ſtit. haberet partem: quod cum non fecerit, hoc ſuffi-
cit pro intentione hęredum grauati, abſq; eo ꝙ con-
11 trarium diſpoſuerit. ✠ ſufficit enim dicere, ſubſtitutio
hoc caſu non loquitur, ut per Soci. poſt Oldr. in conſ.
62. & 69. et 104. uol. 3. Deci. in conſ. 513. Rip.
rñ. 1. de ſubſtit. col. fi. & nedum teſtator, ſed neq;
lex, neq; Impe. facerent, ꝙ id contineatur in diſpoſi-
tione, quod non continetur, ut poſt Bar. inquit Soci. in
conſ. 73. ad fi. uol. 4. Hinc dicimus, ꝙ in fideic. in du
bio interpretatio fit contra fideicõmiſſ. ut per Deci.
in conſ. 593. Nicol. Bell. in conſ. 41. qua tamen in
re uide Cranet. in conſ. 208. col. 1. ad fi. cui adde, ꝙ
hoc fallit, quãdo eſt ſubſtit. ille, qui ab inteſtato de iu
re cõi ſuccederet, ut filia teſtatoris: ita Alex. in cõſ.
158. col. 3. in prin. uer. 4. uol. 6. Et propterea dicit
tex. Neptis prima quidẽ facie uidebatur excludi. ſup
ple, & per conſequens rem reduci ad cauſam inteſta
ti, ſcđm quã, Claudia unà cum filio ex primo de iure
cõi æqualiter ab inteſtato huic ultimo ſuccederent,
quicquid dicat Alcia. hic, de quo. ĵ. nu. 1066. Scđo
ad prædictã rñſionẽ Dec. & Torn. uidetur replicari
poſſe, ideo in hoc tex. adiectam eſſe dictionem, omnẽ,
quia aliàs portio acquiſita ſcđo ex reciproca pręcedẽ
te nõ ueniſſet in reſtitut. fideic. iux. not. ĵ. nu. 415.
ſed ſtante. d. illa, uenit, ut not. ĵ. nu. 434. nõ autem
ut denotaret conditionem illam, ſi uterq;, appoſitam
ſolum fuiſſe reſpectu totius, ut pręducti Doc. dicunt.

Secundò principaliter, ꝙ Claudia non poſſit admit
ti ex ſubſtitutione, probari uidetur: quia non eſt ueri
ſimile teſtatorem uoluiſſe nepotes ſuos inæquales fa-
cere. l. fi. C. com. utriuſq; iud. l. cum pater. §. Euictis
de leg. 2. pulcre Aret. in conſ. 1. col. pen. cum alijs al
leg. per Soci. iun. in conſ. 180. nu. 68. uol. 2. & la-
tius in conſ. 60. in. 6. arg. eo. uol. Rui. in conſ. 178.
col. 3. in fi. cum ſeq. uol. 2. & noue Cranet. inter
conſ. Sylua. 56. col. fi. quibus adde pulcra not. per
Curt. iun. in conſ. 113. poſt nu. 10. & latiſſ. per Ti
raq. de Primog. q. 4. facit opin. Rom. & aliorum
circa. §. Ex imperfecto. de quo nouiſſime poſt alios ꝑ
Soci. iun. in conſ. 88. in. 2. dub. uol. 3. & hac ratio-
ne repetitio fit, qñ aliàs non fieret, ut. ĩ. nu. 1281.
Et prędicta adeo procedunt, ut licet teſtator in aliquo
capitulo non ſeruauerit æqualitatem inter filios, in
alijs tamen capitulis eam ſeruaſſe intelligatur, ut per
pulcras rationes probat Aret. in. d. cõſ. 1. col. fi. quic
quid ſimpliciter dicant Alex. in conſi. 158. in fi. uol.
6. Soci. iun. in conſi. 142. in fi. uol. 3. & Gerar. Ma
zol. in conſ. 144. nu. 30. uerſ. Præterea. eo. uol. Sed
ſic eſt, ꝙ inæqualitas reſultaret inter filium ex pri-
mo, & ipſam Claudiam, ſi illa admitteretur ad totã
portionem ultimi, ergo &c. & hanc rationem alle-
gat etiam Cyn. hic, prout eum refert Alex. col. 6. &
Imol. relatus per eundem Alex. col. 12. & quam ra
tionem cõſiderat etiam Soci. hic poſt nu. 14. uer. 3.
ratio. & ante nu. 30. & Alciat. nu. 2. alleg. etiam
doc. Bar. in. l. Lucius col. 3. de uulg. et pup. Satius er
go uidetur eſſe, ut filius ex primo excludat Claudiam
ab hac ſubſtitutione, quia hoc modo nemini fit iniu-
ria, ſed ſtãte teſtam. ut in hoc tex. præſupponitur, om
nia recte procedunt. nepotes enim ſuccedent in por-
tione patrum ſuorũ reſpectiue, prout conueniens eſt.
uerum ſi primus decedat ſine filijs, admittetur alter
frater ſuperſtes ex reciproca, excluſa Claudia; ✠ prout 12
etiam ab inteſtato de iure ſſorum. admiſſus fuiſſet ut
per Deci. in conſ. 527. col. 3. Quòd ſi et primus &
ſecundus decedent ſine filijs, Claudia ſuccedet in to-
tum ex ſubſtitutione, prout ẽt de iur. cõi ab inteſta-
to ſuccederet. Si uero ultimus tantum decedet ſine
filijs, extante filio ex primo, prout in hoc tex. præſup
ponitur, pariter res reducetur ad cauſam inteſtati,
ſecundum quam ſuccedent æqualiter filius ex primo,
& ipſa Claudia, cum ſint pares in gradu, ſiue atten-
damus proximitatem teſtatoris, ſiue huius ultimi de-
functi. & hoc modo intelligendo iſti pares in gradu
erunt æquales in ſucceſſione, ✠ quod iura maxime cu 13
piunt. l. vt liberis. C. de collat. cum uulg. Rui. late in
ſ. alleg. conſi. 178. col. 3. uol. 2. quod etiam pater
præſumitur uelle, ut. ſ. diximus, uerſ. 2. principali-
ter. aliàs inter deſcendentes teſtatoris oriretur odiũ,
quod ex inæqualitate reſultat, ut per Rom. in conſi.
438. col. 2. Soci. in cõſi. 4. col. 2. uol. 1. Aug. in cõſ.
286. relat. ĵ. nu. 817. cũ alijs alleg. per Soci. iun.
in conſ. 172. col. 6. uol. 2. & per Tiraq. de Primog.
q. 4. nu. 10. Augetur difficultas, quia ſi uerba im-
proprientur, ut ſeruetur æqualitas inter deſcenden-
tes teſtatoris, multo minus debemus recedere à pro-
prietate, quando recedendo reſultaret inęqualitas, et
maximè ſtante. l. Non aliter. cum ſimil. de leg. 3. quin
immo dicendum uidetur, ꝙ, ne reſultet inæqualitas,
fieri debeat tranſmiſſio primi fideicom. conditiona-
lis, etiam ubi aliter non fieret, ſcđm Rui. in. ſ. alleg.
conſi. 178. col. 3. uer. & pred. de quo tamen dice-
mus. ĵ. nu. 194. Vel ſaltem, ꝙ pluralitas nõ debeat
reſolui in ſingul. quando reſultaret, prout hic, inæ-
qualitas inter deſcẽdẽtes teſtatoris, ut not. ĵ. an. nu.
1310. Et ſi diceres, ſi fieret tranſmiſſio, tunc reſul-
taret alia inæqualitas contra neptem parem in
gradu: rñ. fiat ergo ſaltem compenſatio iurium, uide-
licet, ut non fiat quidem tranſmiſſio, ne reſultet inæ-
qualitas ad præiudicium Claudiæ, ſed neq; conditio
ſi uterq;

ſi uterq;, exponatur.i.ſi alter, ne reſultet inæqualitas ad præiudicium filij ex primo. Accedat, quia cum regulariter teſtator cenſetur ſe conformare cum iure cõi, ut late not. ꝭ.nu.1119. tum uerò uel maxime in hoc caſu cenſendus eſt ſe conformaſſe; quia ſicut ſe conformauit cum diſpoſitione iuris in prima ſubſtit. reciproca, ſubſtituendo fratrem ſuperſtitem excluſa Claudia, quæ illo iure ab inteſtato excludebatur, ut ſ. diximus nu.12. ita uidetur, ꝙ in hac quoq; ſecunda ſubſtit. ſe conformare uoluerit iuris diſpoſit. iux. reg.l.1. ubi Soc. de reb. dub. et. l. si ſeruus plurium. §.fi. de leg.1. cum ſimil. ut niſi uterq; decederet ſine filijs, fideicom. non haberet locum, ſed filius ex primo unà cum ipſa Claudia ab inteſtato æqualiter admitterentur, prout de iure cõi admittuntur: & ita in ſimili arguebat Curt. iun. in conſi.89.col.2. prope fi. Corroborantur prædicta, quia ſi teſtator præſumitur ſe conformare cum iure cõi, etiam impropriando uerba, ut dicemus. ꝭ.nu.1134. multo magis quãdo concurrit etiam proprietas uerborum. Accedat. l. non aliter. ſ. alleg. Et per prædictas rationes reſpõdetur, ſi pro alia parte diceres, prout dicebatur per excellentiß. D. Fabium de Engubio nunc Rom. Rotę Auditorem digniß. poſt nu.30. aliâs.37. uer. Pręterea. ꝙ cum Claudia non poſſit ſubrogari in locum filiorum primi extantium, debet ſubrogari in locum filiorum ſecundi deficientium; & liberi ex primo decedente debẽt eſſe contenti portione patris. nulla enim ratio ſuadet, ꝙ Claudia, ne in locum quidem deficientium filiorum ſecundi ſubrogari debeat, ſtante filio primi in pari gradu, ſed bene ꝙ ambo debeãt æqualiter ab inteſtato ſuccedere, ex præſumpta mente teſtatoris, ꝑ rationes pręalleg. Et ad illud, ꝙ liberi ex primo debeant eſſe contenti portione eorum patris; reſpon. ut paulo. ꝭ. reſpondebimus ad Saly. Nec obſtare uidetur reſponſio Saly. in. d.l. pen. col.2. in prin. ꝙ in bonis decedentis bene ſeruatur æqualitas, & ẽt in quarta Trebell. ipſi debita, ſed in bonis teſtatoris nõ poteſt ſeruari propter eius uoluntatem: Quia uidetur replicari poſſe, illum præſupponere id, de quo diſputamus, uidelicet, ꝙ uoluntas teſtatoris ſit pro nepte. ꝙ ſi Saly. ex eo uoluit eam colligere, quia ſubſtituerit Claudiam, non autem filium ex primo: reſpondetur, ꝙ ideo non ſubſtituit filium ex primo, quia abſurdum fuiſſet dicere, ſi uterq; deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo filium ex primo: ſed ad ſubſtituendum filium ex primo, oportuiſſet dicere, ſi ultimus &c. quem caſum non expreſſit, nec ad fauorem quidem Claudiæ, ſed eum omiſit, ut. ſ. diximus et quem ſi expreſſiſſet, non eſſet dubitationi locus, ſed forte tunc ſubſtituiſſet filium ex primo, uel ſaltem utrunq;, uidelicet illum unà cum Claudia, non autem Claudiam ſolam, rationibus præalleg. cum ergo eum caſum non expreſſerit, non poſſumus diuinando propterea arguere uoluntatem teſtatoris fuiſſe, ut filius ex primo excluderetur. Non uidetur etiam obſtare, ꝙ filius primi, ex perſona patris ſui iam fuerit admiſſus ad hæreditatem ipſius aui, ut dicit Saly. in. d.l. pen. col.2. poſt prin. & per conſequens, cum iam habuerit ſuam portionem, non reſultet inæqualitas; licet etiam Claudia cõſequatur totam portionem ultimi: Quia uidetur reſponderi poſſe, ꝙ attenta hac ratione, ſequeretur, ꝙ ubi Claudia fuiſſet cohęres, tunc non haberet locum iſte tex. quod proculdubio eſſet nimis reſtringere hunc tex. & contra mentem omnium Doc. immo pręſupponendum eſt, eam fuiſſe cohæredem, cum iux. iura uulg. debuerit inſtitui: & hoc arg. not. ſ. nu.4. & not. ꝭ.nu.818. & uide. ꝭ.nu.933. & in ſpecie Alex. hic poſt ſummar. qui hoc ipſum expreſſe dicit. Nec uidetur etiam ſatisfacere, ſi dicas, ꝙ cauſa teſtati. i. Claudia abſorbeat cauſam inteſtati, uulg. l. Quandiu. quia replicari poſſe uidetur, ꝙ hoc eſſet præſupponere id, de quo diſputatur, uidelicet, ꝙ neptis habeat hoc caſu cauſam teſtati: immo hoc expreſſe negat Curt. iun. in. d.l. pen. C. de impub. col. fi. in princ. Non obſtat etiam, ſi diceres, ꝙ teſtator non cõſiderauit ius legit. hære. patet, quia ſi conſideraſſet, non feciſſet reciprocam: & ita dicit, licet ad aliud propoſitum, Alex. hic col.6. circa me. uer. Tamen ſi uidtis. Quia reſpond. ꝙ non ideo fecit reciprocam, quia non conſiderauerit ſucceſſionem ab inteſtato, ſed quia uoluit, ꝙ primus decedens poſſet in uita, uel in morte excludere ſuperſtitem. Tertio principaliter, ꝙ Claudia ex ſubſtitutione non poſſit admitti, probari uidetur; quia in ſubſtitutione facta pluribus, & uerificata in uno tantum, cenſetur reſeruatum ius legitimarum hæreditatum ſuperſtiti coniunƈto, uel poſito in conditione, ut dicemus late nu.1060. cum ſeq. Sicut ergo, quando ſubſtitutus eſt remotior, cenſetur reſeruata tota ſucceſſio ab inteſtato; ita etiam quando eſt par, debet cenſeri alteri pari reſeruata pro parte, iux. l. Quę de tota. cũ uulg. & ſuper qua reg. ſe fundat Iuriſc. hic, quæ hoc modo retorquetur. & hanc rationem dubitandi adducebat Corn. in cõſ.283. col.2. uol.1. circa quam uide. ꝭ. poſt nu.851. uer. Scdm. Quarto, ꝙ Claudia ex ſubſtitutione admitti non poſſet, uidebatur in ter. tex. expreſſus in. l. pen. C. de impub. ubi pariter teſtator uſus fuerat hac dictione, uterq;: & ibi ſtatuit Imperator, ꝙ licet cõditio uerificetur in uno, attamen ſubſtitutus etiam à portione illius repellatur: & hoc, quia in altero conditione defectus fuit: concordat. l. Qui duos. in.2. reſpon. de uulg. & pup. Nec prædictis rationibus dubitãdi uidet̃ obſtare reg. l. Quæ de tota. ſuper qua ſe fundare uidetur Iuriſc. hic in fi. quia ultra retorcutionem, de qua paulo. ſ. rñ. ꝙ illa nõ procedit ſtante rationis diuerſitate, ut not. ꝭ.nu.1062. ſed ſic eſt, ꝙ teſtator motus fuit ad faciendam hanc ſecundam ſubſtit. in tota, quia utroq; decedente ſine filijs, non ſupererat alius ab eo deſcendens, qui ex admiſſione Claudiæ ullam iniuriam uel inæqualitatem pateretur. diuerſa uerò eſt ratio, quando ſecundus tãtum decedit ſine filijs, quia tunc admiſſa, uel in parte Claudia ex ſubſtitutione, fit iniuria filio ex primo, ergo &c. Præterea etiam in. d.l. pen. C. de impub. teſtator uoluit ſubſtitutum habere totum, & tamen contrarium ibi deciditur, non obſtante reg. d.l. Quæ de tota. Verum præmiſſis non obſtantibus, contrarium, uidelicet, ꝙ Claudia admittatur ad portionem huius ultimi defuncti ſine filijs, excluſo filio primi, decidit hic Papin. de cuius laudibus habetur per Imper. in. l. cum acutiſſimi. & per Soc. in. l. cum auus. col.1. & per Cagnol. in procem. ff orum. nu.131. et per Aelium Spartianum in Seuero Imperatore relat.

à Tiraq.in.l.Si unq̃.in uer.Donat. largitus.ante nu.
274.& per Politia.in epiſt.ult. lib.5.Et attende,ꝙ
deciſ.huius text. procedit, ut præſupponunt omnes
Doc.non ſolum quando ultimus teſtatus eſſet non in-
ſtituto hęrede filio primi,qui quidem caſus eſſet indu
bitabilis ex not.ĩ.nu.1203.ſed,etiam quando inſti.
tuiſſet hæredes tam filium ex primo,q̃ ipſam Clau-
diam;uel etiam quando inteſtatus deceſſiſſet.his enim
caſibus,licet in bonis ipſius, & in legitima illi in bo
nis teſtatoris debita,atq; etiã in Trebellianica, æqua
liter ſuccederent Claudia & filius ex primo;attamẽ
in alijs bonis primi teſtatoris ſola Claudia admitte-
retur. Circa uerò rõnẽ decidendi huius text.mihi
non placet quod de eo ſignanter dicebat Corn.in cõſ.
283.col.ſi.uol.1.ꝙ quicquid ſit de rõne huius text.
ſatis eſt,ꝙ habeamus caſum ita deciſum, quia ubi ha
bemus caſum legis etc.l.Ancilla.etc. Pro quo faciãt
multa egregie cumulata ꝑ Tiraq.de retract.lignag.
in pręfat.plures enim rationes decidendi,& quidem
14 pulcræ aſſignantur.* Prima eſt Iuriſc. hic,quia in
fideicõmiſſ.magis attẽditur mens,q̃ uerba:ſed ſic eſt,
ꝙ qua ratione teſtator uoluit Claudiam habere totũ,
ſi ſecundò moriens conſequutus fuiſſet portionẽ pri-
mi.i.ſi etiam primus deceſſiſſet ſine filijs; eadem ra-
tione præſumitur etiam uoluiſſe,ꝙ etiam,ſi ſecundus
non conſequeretur portionem primi.i.licet primus
decederet cum filijs,dummodo tamen ſecundus decede
ret ſine filijs, Claudia ſubſtituta ſuccederet in eius
portione; ergo ita iudicandum eſt. Et in ſumma Iu-
riſc.hic arguit,ꝙ idem ſit iudicium de parte quo ad
partem, quod de toto quo ad totum.l.Quæ de tota.de
rei uendic.l.ſi duo.in ſi.de admini.tut.l.Qui ſcit.in
prin.uer.& quemadmodum. & ibi not.glo.de uſur.
Iaſ.in.l.ſi ſine.de cond.ſine cau.et poſt eum Deci.in
15 l.Cuius effectus.de reg.iu.*Quę quidem reg.proce-
dit etiam in ter.conditionis, ut eſt tex. quem ibi ita
not.Soci.in.l.mulcta.§.1.de cond.& dem. Cui adde
Alex.in conſ.109.col.3.& pen.& ſi.uol.7.de qui
bus prædicti non meminerunt: imo Iaſ.ubi.ſ.in.1.
limit.uidetur tenere contrarium: uide tamen.ĩ.nu.
87.& 91.& 1234.& 1285.& 1301: Et in
hac ratione ut plurimum reſidẽt Doc.ut.ĩ.etiam la
tius uidebimus nu.844.cum ſeq.& Rui.in conſi.
180.col.pen.poſt me.uol.2.& Alcia.hic:quibus ad
de Alex.in conſi.167.col.5.uol.5.ubi ita declarat,
aſſerens hanc eſſe ueram rationem huius tex.cui ad-
de Bal.in conſi.325.in.2.alleg.incip. verba Dy.in
non erat controuerſia inter neptem et filiã teſtatoris,
prout ſunt ter.quæſtionis noſtræ,& prout pręſuppo-
nit Cur. quinimmo ſi fuiſſet talis controuerſia,argu-
mentum concluderet contra ipſum Curt. nam dum
Soc.dicit, quòd neptis non excludit ſubſtitutum,quia
filia erat ſubſtituta ad tempus, à contrario ſenſu in-
fert, quòd ſi filia fuiſſet ſimpliciter ſubſtituta, ne-
ptis ipſam excluderet. Verum enimuero controuer-

ſia ibi erat inter neptem, & illum agnatum ulti-
mo loco ſubſtitutum, in qua Socin. tenet, ꝙ neptis non
excludat ſubſtitutum, & ꝙ licet filia teſtatoris eſſet
primo loco ſubſtituta, attamen illud non attenditur,
quia mens teſtatoris fuit, ꝙ bona conſeruarentur
in agnatione, quo caſu neptis non debet excludere
agnatum ſubſtitutum, non autem curauit de filia: &
ſic clare ſentit, ꝙ ſi curaſſet de filia, neptis ipſam ex-
cluderet, ut. ſ. dicebam. ꝙ ſi in. q. Soc. diceretur, cur
ſaltem uiuente filia neptis non admittitur? reſpon. Soc.
non quia filia ſit in uita tantum ſubſtituta, ſed ne, cũ
non admittatur reſpectu agnatorum, una & eadem
ſubſtitutio diuerſo iure cenſeatur: & ſic contrarium
ſentit etiam in filia ſubſtituta in uita tantum, niſi ra
tio illa agnatorum militaret. Et certe aut ego non in-
telligo, aut Curt. admodum æquiuocat, allegando ea
777 pro ſe, quæ de directo faciunt contra ſe. * Verum, ſi
pro Cur. adduceres, ꝙ ſicut fœmina non uenit in ſub-
ſtitutione facta de filijs, licet agatur de intereſſe tan-
tum fœminarum hæredum inſtitutarum à grauato, ea
ratione, qa teſtator excluſerit proprias filias ab inſti
tutione, ut conſuluit Fulg. in conſ. 18. Solumutia. pa
ri ratione uideatur, ꝙ neque etiam ueniat in conditio
ne, ſi ſine filijs, licet agatur de intereſſe tantum fœmi-
næ ſubſtituta, quando teſtator excluſit proprias fi-
lias ab inſtitutione: reſpon. ꝙ præſuppoſita, non tamẽ
conceſſa, opi. Fulg. pro uera, attamen diuerſa eſt ra-
tio, an ueniat in ſubſtitutione ad portionem, quę nun-
quam fuit patris ſui, ut in caſu Fulg. an uerò compre
hendatur in conditione reſpectu portionis patris ſui,
iuxt. nota. ſ. poſt num. 248. Et huic opin. non con-
tradicit etiam prædictus excell. Regien. ut patet maxi
me in rñſione ad dubia ei data ad fi. & etiam in reſpõ
ſione ad. 3. dubium. Et circa prædictam. q. uide etiam
inſignẽ moder. Didac. Tolet. in. c. Raynaldus. in prin.
778 poſt num. 1. uer. ex quo. * Quarta coniect. ponitur,
quãdo fœminæ per ſtatutũ ab inteſtato excluſæ poſitę
ſunt in conditione. tunc enim, ut aliquo caſu uerificen
tur uerba tex. in. d. l. Lucius. ibi, prætulit, dicendum ui
detur, ꝙ cum ab inteſtato non ſint prælatæ, ergo ex te
ſtamento dici debeant uocatæ, & ita conſulendo decla
rat Corne. in conſi. 74. uol. 2. quem refert et ſequitur
Socin. iun. in conſ. 141. col. 6. uol. 2. & in conſi. 174.
& ſeq. eo. uol. & in conſ. 158. eo. uol. ubi col. pen. di-
cit ſufficere, ꝙ poſſit euenire caſus, quo talis fœmina
poſita in condit. excludatur ab inteſtato, & ſe hac po
tiſſimum ratione ad conſulendum in caſu illo motum
eſſe. Eandem coniect. ponit Rui. in conſ. 131, colum.
10. ad fi. uol. 3. quibus adde Caſt. eandem coniect. po-
nentem in conſ. 358. Suprascrip. d. conſultor. col. 2. in
prin. uolum. 2. faciunt etiam alia alleg. ſ. in ſecunda
coniect. nu. 751. cum ſeq. maxime nu. 752. uer. hinc
eſt. & quidem à fortiori facit illa coniect. quia ſi, quã
do poſiti in conditione eſſent ſolum pro parte ab inte-
ſtato excluſi, ut ibi, dicuntur uocati, multo magis, qñ
in totum eſſent excluſi, ut hic. Ex quibus infert ma-
xima differentia, an quis ſit in conditione tantum po-
ſitus, an uerò uocatus, ut dixi. ſ. nu. 705. qa ſi ſunt
uocatę excludent ſubſtitutũ, qui forte ab inteſtato ip-
ſas excluderet, ſi in cõd. tantum poſitæ fuiſſent. Immo
prædictam coniec. ampliabat Ruin. in conſ. 142. uol.
3. ꝙ ſi una cum dictis fœminis ab inteſtato excluſis ẽt
maſculi poſiti eſſent in condit. tunc etiam ipſi maſculi
dicerentur uocati, ut una determinatio etc. Sed ſuper
hac cõiect. ulterius ẽt cogitandũ uidetur, primò quia
abſurdum uidetur, ꝙ fœminæ excluſę à ſtatuto ſint in
hoc melioris conditionis, q̃ ſi non eſſent excluſæ, immo
q̃ ſint maſculi. Secundò quia ratio alleg. pro hac opi.
uidetur contra eam retorqueri, retenta opin. illa, ꝙ in
fideic. attendatur ſucceſſio teſtatoris, qua de re. i. nu.
1114. & ſpecialius. ſ. poſt nu. 711. uer. & ad hoc i
Nam immo, quando poſiti in cond. non ſuccederent ab
inteſtato teſtatori, tunc citra controuerſiam uidetur,
ꝙ nunquã dicantur uocati, ut. ſ. diximus. ſ. nu. 71 ...
Tertiò faciunt alia adducta. ſ. contra ſecundã conie-
cturã poſt nu. 757. ubi etiã reſpõ. ad obiecta, ideo ad
ibi dicta me remitto. Illud non præteribo, ꝙ data etiã
hac coniect. pro uera attamẽ illatio Rui. relata paulò
ſ. uer. immo prædictã, mihi non placet, quia immo for
te totum contrariũ dici poſſet, uidelicet, ꝙ cum fœmi-
næ poſitę fuerint in conditione unà cum maſculis, qui
non cenſentur uocati, propterea ne ipſæ quidem cenſe
ri debeant uocatę, dato ꝙ aliàs cenſerentur, et hoc, ut
una determinatio &c. & ad hoc etiam adduci poteſt,
quia. l. cum auus. ne reſpectu quidem filiorũ habet lo-
cũ, quando grauati ſimul ſunt filius & extraneus, ut
late dicemus. i. nu. 1219. et uide ẽt inſignẽ moder.
Didac. Tolet. in. c. Raynutius. §. 3. * Quinta coniect. 779
eſt, quando inſtituti ſunt etiam reciproce ſubſtit. ſi
ſine filijs &c. tunc. n. in alia ſequenti ſubſtit. facta de
ſupradictis ſubſtitut. uocati cenſentur etiam poſiti in
condit. in præcedenti reciproca ſubſtit. maxime ſtan-
te ratione agnationis conſeruandæ. ita Corn. ſubtili-
ter in conſ. 146. col. 4. uol. 2. ut ibi per eum, cui adde
Rimin. in conſ. 78. col. 2. ubi ꝙ poſiti in conditionę
continentur in ſubſtitutione facta de alijs ſuperſtiti-
bus, ut per eum, & uide etiam. ſ. nu. 187. * Sexta 780
coniectura eſt, quando teſtator digreſſus fuit ad ulte-
riores gradus ſubſtitutionum, ut per Ancha. in conſi.
73. Contra Philippum. quem ſequitur Alex. in conſi.
64. uol. 5. & Marius Salom. in. l. Gallus. in prin. num.
261. & Boer. deciſ. 155. nu. 22. & nuper Soci. iun.
in conſ. 110. nu. 28. uol. 3. et Alben. in conſ. 87. nu.
12. & Purpur. inter conſ. Silua. 53. col. pen. contra-
riũ tamen tenet Soc. in. l. Cum auus. col. pen. et in cõſ.
62. 69. et 113. col. pe. uol. 3. & Pariſ. in conſ. 31.
nu. 29. uol. 2. & uide. i. nu. 788. * Septima coniect. 781
eſt, qñ ſubſtitutus eſſet aliquis, et eius liberi. tunc. n.
etiam filij grauatorum poſiti in condi. dicerentur uo-
cati. ita crauet. poſt Cur. iun. in conſ. 62. col. 2. in fi.
cum ſeq. cui adde Ruin. in conſ. 142. col. 5. uol. 3. &
Gozad. in conſ. 64. col. 2. uerſi. 5. idem ſatis uidetur
uelle Rip. in. l. Centurio. poſt nu. 165. uerſi. 5. quibus
omnibus adde Soc. in conſ. 6. col. 4. uer. confirmatur.
uol. 3. faciunt not. ſ. nu. 767. Sed contra hanc etiam
coniect. tenet Galiau. in. d. l. Centurio. poſt nu. 99. ſe-
cundum primam impreſſ. uerſi. amplia tertiò. alleg.
Soc. in conſ. 64. uol. 3. Corn. in conſ. 27. col. 3. uerſi.
quantũ aũt. uol. 2. cui addo aduertendũ eſſe, quia teſta
tor ideo forte uocauit ẽt filios ſubſt. ne aliàs ſubſtitutio
per prædecedentiã ſubſtit. efficeretẽ caduca, cũ nõ trãſ
mittatur, iuxt. not. ſ. in. 2. not. uõ aũt ut inſtitutum
grauaret de reſtituẽdo filijs ſuis, cũ ex diuerſis non in
ferat, ſed confiſus fuit teſtator patrẽ nõ priuaturum

filios.ita Soc.in conſi.104.col. uol.3.quem refert et
ſequitur Pariſ.in cõſi.87.col.4.in prin.uol.2.& idẽ
Soci.in conſ.116.uol.3.col.4.uerſ.ſecundum.iunct.
col.3.uer.ſecundum.quibus adde ſatis eſſe, ꝙ teſtator
reſeruauerit ius legit.hære.ipſis poſitis in condit.cõ-
fidens patrem non priuaturũ filios. ita Cor. in ter.in
conſi.186.col.3.uol.3.licet ad prædictam rationem
reſpon.Socin.iun.de prædictis immemor in conſ.158.
col.14.uol.2.& in conſ.174. col.2.eod.uol.ut per
eum. Nec *obſtat auct.* Curt.*iun,alleg.per* Crau.*quia*
Curt. *eam coniect.ponit quo ad tranſmiſſ.fideic.con-*
ditionalis,ut retulimus.ˢ.nu.299.non aũt quo ad uo
cationẽ filiorũ in cond.poſitorũ,quæ quidem difficilius
inducitur,q̃ tranſmiſſio,ut dix.ˢ.nu.242. Non *omit*
to tamen,ꝙ ratio.l. Publius.*§.1.militat etiam in his*
ter.cum poſiti in conditione ſint prædilecti ſubſtitu-
*to.d.l.*Lucius.*& ſic ſemper poſſemus dicere poſitos in*
conditione eſſe uocatos. Præterea *contra hanc coniec.*
facit,quia eius ratio ſolum concluderet, ut cenſeãtur
uocati in caſu uulg.ſubſtit.nam filij ex ſubſtit.cenſen
tur tantum uocati in caſum uulg.i.prædecedentiæ,nõ
*autem per fideic.iux.not.in.§.*Quidam *recte.ergo etiã*
arg.quod inde ſumitur,concludit ſolum ipſos in cond.
poſitos uocatos eſſe in caſum uulg.& de hoc latius.ʲ.
*nu.808.et uide not.in ſeq.cõiect.*Reperio *ẽt,ꝙ cõtra*
hanc coniect.tacite tenet Alex.*in cõſ.109.uol.7.ubi*
erat iſte caſus,& tamen contrarium concludit, ut ibi
per eum: contra quem ratione huius coniec. tenet Mo
lin.ibi in apoſtil. licet nullum prædictorum alleget,
cui potes addere prædicta. Sed *potes etiam defendere*
Alex.*impugnãdo prædictam coniec.ut.ˢ.contra quã*
etiam reperio tenere eundem Alex.*in cõſi.202.pro-*
pe fi. uol.7. ut ibi per eum,quem recte ſentire aſſerit
Molin.*ibi in epitome, & uide etiam.ˢ.num.*
782 ✻ Octauã *coniect.nouiſſ.reperio fieri per* Rimin. *in*
conſ.189.col.3.poſt me.& col.5.poſt me.tenentem
ꝙ quando ſubſtitutus eſt aliquis, & eius filij,tunc fi-
lij ex ſubſtituto poſiti poſtea in conditione,in ſubſtit.
eorum patri facta cenſentur uocati, ea ratione, quia
ſi teſtator eos uocauit ad portionem alterius, multo
magis cenſetur eos uocare ad portionẽ eorum patris,
ut per eum,pro quo faciunt not.ʲ.poſt nu.855.uer.
ad hanc.sed tñ contra eam coniect.tenet Rui.*in conſ.*
102.uol.2. cum ne in portione quidem alterius ſint
uocati, niſi uulg. ut per eum, circa quod uide not.ʲ.
nu.808.nec obſt.not.d.nu.855.quia reſpon.ut.ʲ.
num.932.& circa prædicta uide not. in præceden.
coniect. uerſi. præterea. & ſupra num.305.
783 ✻ Nona *coniect.eſt, quando bis ſunt poſiti in condit.*
ita Gozad.*poſt* Corn.*in conſ.64.col.2.uerſi.3.idem*
uidetur tenere Purpur.*inter conſ.*Silua. *53. poſt nu.*
784 *4.in.3.coniect.relat.etiam.ˢ.ante nu.770.* ✻ Deci
ma coniect.eſt, quando teſtator in alio capitulo præ-
ſupponeret hos poſitos in conditi.eſſe uocatos,ut quã-
do diceret ſi nollent etiam ipſi acceptare hæreditatẽ,
tunc &c.ita Crauet.*in conſ.62. col.3. adde* Socin.
in conſi.73.col.8.uol.4.pro quibus adduci poteſt.l.
cum proponebatur.ubi glo.1. de leg.2.contra quam
tamen coniect.facit com.opin.contra Bar.*in.l.* centu
rio.de qua.ˢ.nu.730. Cæterum *ea retenta,declara*
eã non procedere, qñ in aliquo alio caſu eſſet uocati.
tũc.n.cum ad illum caſum tantum poſſint referri uer

ba illa,ceſſare debet hæc coniect. ꝙ propterea dican-
tur uocati,eò ꝙ ſint poſiti in conditione,iuxt. not.ˢ.
nu.732. ✻ Vndecima *cõiect.eſt,quãdo uerteretur fa* 785
uor piæ cauſæ,ꝙ poſiti in conditione cenſerentur uo-
cati,ita Iaſ.*in.l.ſi quis id quod.nu. de iuriſd.om.*
iud.quam coniect.nota pro confirmatione not.ˢ. nu.
746. Sed *contrarium tenet* Rui.*in conſ. 182.nu. 9.*
uol.2.& late Pariſ. *de prædictis immemor in conſi.*
86.nu.68.cum ſeq.uol.2. ✻ Duodecima *coniect.eſt,* 786
quando aliàs ſequeretur, ꝙ remotior excluderet pro-
ximiorem.ita Rui.*in conſ.99.colum.antep.cum ſeq.*
uolu.1. faciunt not.ˢ. num.333. & num.339.
✻ Tertiadecima *coniectur. ponitur in ſubſtitutione* 787
facta in legatis particularibus,iux.l. vt *hæredibus.de*
leg.2.in qua quidem ſubſtit. poſiti in conditione cen-
ſent̃ uocati.ita Ang.*in.l.in legatis,in quibuſdam lec.*
C.*de lega. quem refert et ſequitur* Iaſ.*in.l.1.*C.*de*
pact.& in.l.ſi pecuniam.in.2.nota.de condi.ob cau.
cum qua opin.tranſit ſimpliciter etiam Purpur.*in.d.*
*l.1.col.pen.prope fin.*Cui *adde* Iaſ.*in conſ.4. col.4.*
uol.1.& Corn.*in.d.l. in legatis.* Gerard. *de* Petr. *in*
*ſing.61.*Socin.*iun.in conſi.158.col.fi.uol.2.dicentẽ*
hanc opin.eſſe com.alleg. etiam Socin. *ſuum in quodã*
conſ.non impreſſo,& de Benedict.*in.c.*Raynutius,*ut*
ibi per eum. Sed *contra hanc etiam coniec. tenet* Ga-
liau.in.d.l.centurio. poſt nu.99.in.3.limit.& con-
trarium tenet ẽt Alcia.*in.l.1.§. ſi quis ita. col.4.de*
uerb.oblig.quibus addo Socin. *in.d.l.* Cum *auus. col.*
pen.quia ratio differentiæ alleg.per Ang. *non eſt bo-*
na,cum etiam fideicommiſſ. uniuerſalia poſſint relin-
qui nutu,ut per Bald.*in.l.* Epiſtolam.*ubi* Ang.*non di-*
cit contrarium.& per Caſt.*in.l.1.* C.*de impub. &*
per Soc.*in conſi.113.col.3.ad fi.uol.1.* ✻ Quartade 788
cima coniect.eſt, quãdo teſtator digreſſus fuit ad plu-
res gradus ſubſtitut. & cõcurreret etiam aliqua alia
coniect.licet enim ſola digreſſio ad ulteriores ſubſtit.
non ſufficeret,ut diximus.ˢ.nu.780.attamen iuncta
cum aliqua alia coniect.ſufficeret.ita Rip.*in reſponſo*
primo,de ſubſtit.in.4.coniec.& in.d.l. Centurio.*nu.*
165.& Socin.*iun.quem nuper reperi in conſi.110.*
num.28.uerſ.& licet.uol.3.& Alben.*alleg.ˢ.ante*
nu.770. ✻ Quintadecima *coniect. ponitur per ali-* 789
quos,quando eſſent poſiti in conditione per ablatiuos
abſolutos,ut ſi diceretur, nõ extãtibus filijs,per tex.
*in.l.*Fideicommiſſa.*§.* Cum *eſſet. de leg.3.ita* Cor.*in*
*l.1.col.3.*C.*de condit.inſer.* Bologn. *in conſ.62.col.*
*5.*Rui.*in conſ.201.col. uol.2.*Socin.*iun.in conſi.*
4.col.3.uol.1.& noue Purpur.*inter conſ.*Silua.*53.*
poſt nu.4.uer.ſecunda. Contrarium *tamen tenet* Io.
de Anna.*in conſ.68.prope fi. licet* Alcia.*ubi ſtatim,*
*eum alleges pro contraria parte,*Cur.*ſen.in conſ.64.*
*col.4.*Rip.*in rubr.ſol.mat.nu.34.idem tenet* Alex.
in conſ.185.uol.2. in reſpon.ad octauum argu.licet
Alcia.*in.d. rubr. quem etiam* Purpur. *ubi.ˢ.tacito*
nomine citat,& ſequitur, eum alleget pro contraria
opin. idem etiam tenet Deci. *in conſ.89. col.2. qui*
idem dicit in conſi.63.col.2.facit idem Rip. *in.l.*Cen
turio.nu.161.& utrobique reſpondet ad.d.§. Cum
eſſet. ut ibi per eum. cui addo Alex. *in.d.conſ.185.*
ubi tres reſponſiones tradit,licet poſtea in quarta re-
ſponſione diuerſificet inter condit.poſitam per ablati-
uos abſolutos, uel alio modo, quem ad plenum refert

& ſequitur Rui.in conſi.141.col.5. poſt me. uol.3. & idem Alex. eadem repetit in conſ.199.col.pen.eo. uol.& in conſi.105. uol.1. quod ſolum allegat Ale-
790 *xandri.in.l.Pater filium.nu.76.de inoſ.teſt.* ✠ *Illud certe in confeſſo eſt, quod, licet per ablatiuos abſolutos importetur conditio expreſſa, ut per Bart.in.l.1.col. fin.de condit. & dem. Deci.in conſi.581.col.pen.in prin.adeo ut etiam importent formã, ut per eundem in conſi.11.nu.9.niſi in contrarium conſtet de mente teſtatoris,ut per Rui.in conſ.166. ante num.10. uol.3.illi tamen magis diſpoſitioni accedunt,quàm conditio expreſſa,ut inquit Alc.in.l.Cũ quærebatur.ad fi. de uerb.ſign.alleg.Iaſ.in.d. rubr.ſol.matr. & eſt in 2.lect.col.3.uer.rõ.& col.4.uerſ.5.ubi alios alleg. & idem facit Ruin. in conſ.134.col.3.uerſi.2.uol. 3. & in conſ.141.colum.5.poſt med. eod. uolum.*
791 ✠ *Sextadecima coniect.eſt, quando ponuntur in cõditione affirmatiue ad excluſionem aliorum, qui aliâs ab inteſtato uocarentur,iux.not.per Bar. in.l.2.§.videndum.ad Tertul.cum concor.alleg. per Tiraq.in.l. Si unquam.in uer.ſuſceperit liberos. nu.106.quæ in his ter.procedunt , non autem in poſitis in conditione negatiue. ita Deci. in conſi.283.colum.5.ſequitur Hier.Grat.ut per Moli.ibi in apoſt. quibus adde Alexandri.in.l.Pater filium.num.76. de inoſ.teſt.ſed his omnibus adde Caſt.in conſi.358.Supraſcrip.d.conſultor.uol.2.quem refert & ſequitur Ruin. in conſi. 181.col.5.uol.2.& in conſ.201.nu.4.eo. uol.et in conſ.134.col.2.uol.3.& in conſi.141.col. antepe. eo.uol.Et prima ratio differentiæ inter poſitos in cõd. affirmatiue,uel negatiue, eſt,quia extante illo,qui eſt poſitus in conditione affirmatiue,tunc niſi ipſe cenſeatur uocatus, alia ratione admitti non poſſet,et ſic ſuperflua redderetur eius poſitio in condit. extante uerò illo,qui eſt poſitus in condit.negatiue,tunc licet ex hoc non cenſeatur uocatus, alia tamen ratione admitti poteſt.i.ab inteſtato, & ſic ſuperflua non redditur eius poſitio in condit. ita Caſtr.ubi.ſ. & uide etiam ſ.nu.762.Secunda ratio differentiæ eſt, quia extante illo,qui eſt poſitus in condi.affirmatiue,dicitur formaliter impleta cõditio, & ſic eius euentus debet fortius operari,extante uerò illo, qui eſt poſitus in conditione negatiue,non propterea dicitur formaliter impleta conditio,immo defecta,ſeu eueniſſe contrariam conditio.cuius euentus non ita fortiter operari debet. ita Caſt.ubi.ſ.quem refert & ualde cõmendat Rui. in conſilijs.ſ.alleg. Tertia ratio differentiæ eſt, quia extante illo,qui eſt poſitus in condi.affirmatiue, cauſatur excluſio alterius, & per conſequens induci debet incluſio huius poſiti in condit.ſed extante illo,qui eſt poſitus in condit.negatiue, non cauſatur aliqua alterius excluſio,ſed ſolum non admiſſio: igitur neque ẽt ulla induci poteſt incluſio.ita Dec.ubi.ſ.& ad hæc conferunt not.ſ.nu.   Aduerte tñ, quia not.in.d.§. vidẽdũ.procedunt in diſpoſitione legis,ſecus aũt in diſpoſitione teſtatoris,ut per Tiraq. in.l.ſi unquã.in uer. ſuſcepit liberos.nu.106.ad fi.Hier.Grat.quẽ ſequitur Moli.in addit.ad conſi.Deci.270.quibus adde Rui.in cõſ.129.col.ant.circa fi.uol.3.Io. de Anna.in conſ. 68.in fin.ſubdentem,rationem differentiæ colligi ex not.in.l.Vxorem.§.Hæres.de leg.3. cum alijs per eũ alleg.& per Cranet.in conſ.311.prope fi. de quo uide aliquid per Alexandri. in.d.l.Pater filium. num. 77.poſt Alexan.& Iaſ.ut per eum,ſed uide latiſſime Arelat.contrarium tenentem in.l. Generaliter. num. 48.de ſec.nup.cui adde Iaſ.Inſti.de act.in prin.col. 4.& ſ.nu.* ✠ *Decimaſeptima coniec.ponitur,* 792
quãdo per iſtos in conditione poſitos cenſerentur tacite excluſæ aliæ perſonæ,quæ aliâs eſſent paris uel melioris conditionis,quàm ipſi in condit. poſiti. tunc.n. poſiti in conditione cenſerentur uocati. ita late Ruin. in conſi.140.col.   cum ſeq.uol.3.ſubdens,ita concordari not.in.l.Lucius.cum not.in.d.§.videndum.licet non uiderit ab aliquo tactum: & hæc faciunt pro not.ſ.nu.   Sed dicas primò,quod præſumpta iſta in hoc caſu uocatio,non eſt uigore poſiti in conditione, ſed uigore excluſionis aliarum perſonarum. Secundò dicas,quod prædicta not.in.l.Lucius.cũ not.in.§. videndum.alio modo concordantur,uidelicet, ex not.in præced.coniect.nu.790. ✠ *Decimooctauò limitabant ali* 793
qui reg.de qua agitur, procedere in poſitis in condit. in ſubſtit.uulg.ſecus in poſitis in condit. in ſubſtit.fideic.ſed de hoc uide not.ſ.nu.713.Decimononò limitabat Corn. in conſ.97.col.2.uerſi.ſimiliter.uol.1. quaſi formaliter repetit. in conſi.22. uolum.2. non procedere,quando teſtator uſus fuit conſi.Galli.tunc enim filius in conditione poſitus dicitur uocatus , & quidem directe,et primo loco, ut teſtamẽtum ſuſtineatur,quo fit,ut ſecus eſſet in extraneis.l.ſi mater.§.1. de uulg.& pupil.& noue reperio,quod hanc limit. conciſe tamen , refert & ſequitur Loaz.ad Galian.in.l. Centurio.num.449. & Didac.Tolet.de præd.immemor in.c.Raynut.§.3.nu.9.hanc unã limit.ponit alleg.repet.in.l.Gallus.in prin.ut per eum.Et idẽ econtra,ut nepos poſitus in cond. dicatur mortuo filio ante teſtatorem uocatus,ut teſtamentum ſuſtineatur tenet noue Soci.iun.de prædictis immemor in conſi.29. num.4.uol.3.qui tñ alijs ẽt rationibus mouetur.Tres alias cõiect.Rip.in.l.Ex facto.§.Ex facto.col.2.ſ.eo. dicit ſe ultra not.per ſe in.d.l.Centurio. addidiſſe in quodã ſuo rñ.de ſubſtit.uoluit dicere, in rñſo primo, col.2.poſt me.cũ ſeq.ſed in effectu nihil dicit,quod in dicta.l.Cẽturio nõ dixerit,ut ſupra retulimus nu. Penultimò aduertendum eſt , quòd poſiti in cõditione in ſecunda ſubſtit.licet non dicantur uocati,attamen ad eos fit tranſmiſſio primæ ſubſtitut. quæ aliâs non fieret , ut late declarauimus ſupra numer. 306. Vltimò aduertendum eſt, quòd licet non dicantur uocati,ſi tamen teſtamentum quaſi caducum uel irritũ fiat , tenentur uenientes ab inteſtato uigore clauſulæ codicillaris illis reſtituere hæreditatem, ut ſubtiliter conſuluit Deci.in conſ.242.ſuper quo cogita , quia nõ dicitur illis reſeruata ſucceſſio, nec ipſi uocati ab inteſtato,niſi prius hæreditas illa eorum patri ſit delata, non autem ſi eorum pater hæres ſcriptus prædecedat teſtatori , prout in caſu Decij , arg.not.ſ.poſt num.215.Præterea ius accreſcendi fortius eſt,quàm poſitio in cõditione,patet,quia ueniens per ius accreſcendi excludit poſitum in conditione , ut per Alexã. in conſ.109.uol.2.ſed ſic eſt,quod per clauſulam codicillarem non conſeruatur ius accreſcendi alio cohærede præmortuo teſtatori , ut poſt longam diſput.concludit Bulg.in diſput.ſua cõtinente.6.dub.in primo dub. dicens non eſſe tactum ab aliis , licet uideatur mihi

ꝙ hoc idem teneat Bart.in.l.1.in.11.q.de iure codi.
alleg.per ipſum Deci. ubi.ˢ.col.2.cui adde Alex.in
conſ.161.in ſecundo dub.uol.2.ergo &c. Adhæc,ſi-
cut dicta clauſula non operatur in præiudicium filio-
rum poſitorum in conditione adiecta ſubſtitutioni, ut
conſuluit Rimi.in conſi.123.col.3. ita etiam non ui
detur debere operari ad eorum fauorem, niſi dicas,
quòd ratio deciſ. Rim. eſt, quia deficiente conditione
inſtitutionis illi non ſunt inſtituti, & per conſequens
clauſula non operatur, ut per eum:quæ ratio ceſſat
in caſu deciſ. quam nuperrime reperio teneri etiam
794 per Soci.iun. in conſi. 29. col. 1.uol. 3. * Tempera
modo omnes prædictas coniect. primò, ut procedant
ſolum reſpectu portionis patris ſui, cuius reſpectu ſue
runt poſiti in condit. non autem ut cenſeantur uoca-
ti in portionibus aliorum. ita not. Soci.hic col.1.&
clarius Rip.hic col. & in.l.Cẽturio.ante nu.167.
ubi etiam alleg.Bertrã.in cõſ. 105.Pace ſalua.uol.
3.cui adde eundem Bertran.in conſ.82.uol.1.Curt.
iun.in conſi. 96.col.3. Crauet. in conſi.130.col.2.
& in conſi.306.col.2.Pariſ.in conſi.18. num. 61.
uol.2.Rui.late nullũ tamẽ in ter. alleg.in cõſ. 141.
col.antep.ad fi.uol. 3.ubi optimam reddit rationem,
uidelicet quia limitata poſitio in condit.limitatum de
bet producere effectum, ideſt eatenus debet eos taci-
te uocare,quatenus in cõdit. poſiti ſunt. ſed ſic eſt,
ꝙ non dicuntur poſiti in condit. niſi reſpectu portio-
nis patris, ergo &c. Idem tenet Rui. pleroſq; alleg.
in conſi.ſeq.num.1.& num.5.& in conſi.134. col.
795 4.eo.uol.* & facit,quia in emphyteuſi conceſſa duo
bus pro ſe & filiis intelliguntur filii cuiuſlibet uoca-
ti ſolum ad portionem patris ſui, ut per Doct.in.l.Si
mihi & Titio.de uerb. oblig.Alex.in conſi.204.uol.
2.quam deciſ. ad hoc ſignanter perpendit Rui. in d.
conſi.142.num.5.uol.3.& in conſi.115.col.6.eo.
uol.& Pariſ.ubi.ˢ.prædictis adde Alex. in ſortiori-
bus ter.nempe in expreſſa ſubſtit.in conſi. 167.col.
pen.uer.quòd autem.uol.5.hinc Caſtr. in cõſ.447.
Intentio Bar.col.2.uol.2.arguit,ꝙ ſi in portione pa-
tris non cenſentur uocati,minus cenſeri debẽt in por
tione patrui, quia facilius cenſentur uocati in por-
tione patris, quàm patrui, ut diximus etiam.ˢ.poſt
796 num.248. * Et ex prædictis infertur, quòd minus
inter ſe ipſos dicentur uocati. ita Rui.in d.cõſ.141.
col.ant.in fi.cum ſeq.& in fi.uol.3.et Rimin. in cõſ.
326.poſt num.25.uer.præterea. Sed tamen contra
prædicta uidetur, quòd immo facilius debeant cenſe-
ri uocati in portione cohæredum,quàm patris ſui, ut
per Soci.in.l.Cum auus.col.fi.in prin.& in conſ.62.
col.2.uol.3.& in conſi. 69. & 116. eo. uol.relat.
per Curt.iun.in conſi. 43.col.4. adde Rui.poſt ſoci.
& Anch.in conſi.139.ſub num.19.uol.3.et in cõſ.
102.poſt num.10.uol.2.quibus addo Cum.in conſ.
123.col.fi.Et quòd ſtantibus coniect.etiam inter ſe,
& patruo,cenſeantur ſubſtituti,tenet Rui. in conſi.
142.col.7.uol.2.Crauet.in.d.conſi.130.col.2.&
in conſ.ult. nu.3.& tangemus etiam.ʲ.nu. 1070.
797 et uide etiã.ʲ.nu.800. * Retenta tñ declaratione
ꝓdicta,eam ſubtiliter reſtringe,non procedere,qñ pa
truus,uel alij cohæredes deceſſerẽt ſine filijs.tunc.n.
etiam in eorum portione filij alterius dicerẽtur uoca-
ti.ita Deci.in conſ.546.in fi.cui adde Corne.in cõſ.
306.col.fi.uol.4.Rui.in conſi.139.col.7.uol.3. ſed
aduerte,quia iſti loquuntur in expreſſa uocatione,ſe-
cus uidetur in hac tacita,de qua agimus,& hoc attẽ-
ta ratione, de qua ſupra poſt num. 744. * Secundò 798
reſtringe,quando iſti poſiti in condit. & tacite uocati
eſſent deſcendentes teſtatoris. tunc.n.dicerentur uo-
cati etiam in portione patrui decedentis ſine filijs, ut
per Rui.loquentem tamen in expreſſa uocatione, in
conſ.121.col.3.poſt me.uol.2.ſed cõtra etiam hanc
reſtrictionem facit ratio alleg.ˢ.poſt num. 794.cũ
Rui.eam adducente. * Tertiò reſtringe prædictam 799
declarat. non procedere, quando poſiti in cõdit.eſſent
nominati per dictionẽ collectiuam. tunc.n.etiam in-
ter ſe cenſerentur uocati,ut per Rui. in conſi. 167.
col.pen.uol.3.& in conſi.139.col.pen.eo.uol.& in
cõſ.ſeq.col.4.cũ ſeq. cuius tñ contrarium uoluit So-
ci.iun.in conſi.176.col.3.uol.2. Et certe ſemper ſe
rè nominantur per collectiuam. * Reſtringe quartò 800
prædictam declarat.nõ procedere,quando dictum eſ-
ſet,ꝙ bona inter maſculos cõſeruari deberẽt.tunc.n.
etiam in portione patrui,& inter ſe cenſerentur uo-
cati.ita Crauet.in cõſ.130.col.2.ubi uide pleraſq;
etiam alias conſiderationes ad hanc declarat. perti-
nentes: & idem Crau. in conſi. ult. col.1.&.2.&
uide etiam.ʲ.num. 1070. * Secundò principali- 801
ter tempera omnes prædictas coniect. non procede-
re,quando ceſſaret ratio poſitionis in cõditione. tunc
.n.neque intelligerentur uocati.ita ſubtiliter Soci. in
conſ.73.col.8.num.31. uol.4.poſt Ant. de Butr. in
conſi. 27.uide tamen.ˢ.poſt num.68.uer.& ratio.
* Tertiò tempera omnes prædictas coniect. quando 802
iſti poſiti in condit.eſſent in alio capitulo expreſſe ali
quo caſu uocati.tunc.n.in eo,in quo ſunt poſiti in cõ
dit.nunquam cenſerentur uocati. ita Soci. poſt Alex.
in conſi.116. uol.3. col.2. uer. & in ter. & col.5.
uer.præterea. & col.pen.circa me.Pariſ.in cõſ.86.
num.40.uol.2.cum alijs alleg.ˢ.nu.732.cum ſeq.
ubi uide. Ad quam cõcluſ.bene facit,quia expreſſum
facit ceſſare tacitum etiã circa diuerſum.l.Maritus.
ſecundum com.intell.ubi Alex.contra Saly.C.de pro
cur.Rui.in conſi.103.ad fi.uol.2.& uide etiam la-
te not.ˢ.num. 674.& prædicta procedunt etiam,
quando alij in alio capitulo poſiti in condit. ſunt ex-
preſſe uocati,ut per Soci. in d. conſi.116.col.5.ante
uer. tertium. quod uidetur contra not.ˢ.num.725.
* Quartò tempera omnes prædictas coniect.non pro 803
cedere,quando ultra conditionem, ſi ſine filijs, eſſet
etiam adiecta conditio,uel ſine teſtamento,uel aliena
tione bonorum.tunc.n.dicti filij etiam ſtantibus con
iect.uocationis non poſſent uenire tãquam ſubſtitu-
ti,ſi pater in teſtamento,uel inter uiuos,de bonis illis
diſpoſuiſſet, attento ꝙ omnes conditiones uerificatæ
non eſſent,ut.x.not.ˢ.num. 7.immo etiam ſi eſſent al
ternatiue poſitæ, reſoluerentur tamen in copulatiuã,
ubicunque apponitur cond.illa, ſi ſine filijs, ut dice-
mus.ʲ.num.971.* Præterea per.d.conditionem,ſi 804
ſine teſtamento, uel alienatione, cenſetur teſtator de-
diſſe licentiam teſtandi,& alienandi, ut per Alex.in
conſi.59.col.3.uol.3.& in conſi. 202. uol.7.Pa-
riſ.licet de Alex. non meminerit, in conſi.72.col.7.
uol.3.& per cauſam teſtati ceſſat conditio inteſtati,
quæ eſt ei contraria: & eſt de hoc tex.in.l.Genera-

liter.in prin.C.de inſt.et ſubſti.& habetur ꝑ Soci.in
conſi. 150. col.12.uer.9. & uer. 10. uol.1.& in
conſ.92.in prin. 3.dub.uol.3.contrarium tamen cõ
ſuluit Barbat. in conſi. 27. col. 17.cum ſeq.uol.1.
pro quo faciunt not.per Soci.in conſ.251.uol.2.ubi
ꝙ expreſſa permiſſio teſtandi à teſtatore data intelli-
gitur,dummodo non extra deſcendentes,de quibus.ˢ.
locutus fuerat. et ad prædicta uide Ange. in conſi.
805 159.col.3.& uide etiam Boer.deciſ.202.✱ Auden
tius infert idem Barbat. ubi.ˢ.ꝙ etiam ſubſtitutus
cenſebitᷣ uocatus,dato ꝙ grauatus in caſu,de quo ſu-
pra, teſtetur: & hoc, ne poſiti in condit. ſint melio-
ris conditionis, & magis uocati, quàm ſit ipſe ex-
preſſe ſubſtitutus:& hanc opin. poſſemus forte tene-
re,ſi conſtaret grauatum teſtatum eſſe ſolum euerten
di fideic.cauſa.tunc.n.perinde haberetur, ac ſi teſta-
tus nõ fuiſſet,ut ꝑ Alcia.in.l.1.poſt.nu.27.de uulg.
et pup.ut ibi ꝑ eum:de quo tñ uide.ʲ.poſt nu. 1194.
uer.non obſt.tertia. Et forte etiam non improbabili-
ter teneri poſſet, ꝙ ſi grauatus non diſpoſuiſſet inter
uiuos,nec in ultima uoluntate de dictis bonis,tunc fi-
lij poſſent repudiare hæreditatem patris, & uenire
ad hæreditatem teſtatoris ex fideicommiſſo,tanquam
uocati,et tanquam impleta conditione in ſubſtitutio-
ne appoſita. Cæterum aliâs non recederem à prima
opin.per prædicta. Nam primò quo ad illat.Barbat.
ˢ.relat.uidelicet reſpectu ipſius ſubſt.illa omnino ui
detur cõtra expreſſam teſtatoris mentẽ, ideo penitus
reijcienda. Deinde quo ad ipſos in conditione poſitos,
etiam abſurdũ uidetur,ut ipſemet dicit,ꝙ ſint magis
uocati, quàm ſubſt.expreſſe,contra reg.l.Cum quid.
& ſic retorquetur arg.Barbat. & ita Alex. in caſu
illo requiſitus pro eadem parte recuſauit conſulere,
ut patet in conſi.202.uol.7.rationibus per eum al-
leg.quem apoſtil.ibi ſequitur, licet in contrarium nõ
alleg.Barb.in.d.conſi.27.& idem Alex.ferè forma
lia uerba ponit in conſi.88. in primo dub. eo.uol.&
certe quandoque uerum eſt, quod de Barb. dicit Soci.
iun.in conſ.128.col.10. uol.1.eum habere opinio-
nes ſaturninas.Nec obſtat quod dicebat Barbat.quòd
aliâs ipſi filij nõ poſſent reſtituere ſubſt. quia reſpon.
ꝙ nulla reſtitutio hoc caſu debet fieri ſubſt.cum non
ſit uocatus in caſu,quo grauatus teſtetur. Nec obſt.
conſ.Soci.ˢ.alleg.quia reſpondet Pariſ.in.d.cõſ.72.
num.64.ꝙ opin.illa Soci. non eſt bona, ut per eum.
cui adde Iaſ. in conſi.232.ad fi. uol.2.& Bertran.
in conſi.79.uol.2.ſed aliter etiam reſponderi poteſt,
ꝙ in caſu Soci.iam præceſſerat prohibitio,& in per-
miſſione dictum fuerat, non diſcedendo à grauedini-
bus ſupra impoſitis:quo fit ſecundum Soci.ut ſi aliter
in caſu ſuo diceremus, reſultaret repugnantia, uel
correctio,quæ non ſunt præſumenda,ut per eum: quę
806 quidem ratio ceſſat in caſu noſtro. ✱ Non obſtaret
etiam,ſi diceretur,ꝙ per dictionem,ſi,non uidetur da
ta licentia.l.Ita tamẽ.§.Si perceptis.uer.ſed & ſi.ˢ.
eo.ubi Claud.quia reſpondetur illud procedere,quan-
do iam illud,de quo agitur,conſtaret eſſe prohibitum,
ſed in dubio, cum quæritur, an aliquid ſit prohibitũ,
uel ne, dicitur, ꝙ per dictionem,ſi, præſumitur data
807 eſſe licentia,& faciendi, & omittendi. ✱ Nec obſta-
ret etiam,ſi diceretur, ꝙ non obſtante licentia debet
tamen grauatus reſeruare quartam,iux.auct.Cõtra
rogatus.C.eo.& not.in.l.Titius.ˢ.eo.quia reſponde
tur,ꝙ non procedit,quando data eſt expreſſa licentia
alienandi,ut patet ex not.per Iaſ.in.d.conſi.232.in
2.dub.faciũt not. per Soci. in.§.Cohæredes.in.6.not.
An autem requiratur, ꝙ ſignanter de dictis bonis te-
ſtetur grauatus,uide.ʲ.nu.1206.✱ Vltimò ſuper- 808
eſt uidere, per quam ſubſtitutionem cenſeantur uo-
cati.Et principio quidem reſpond.Corne.in cõſ.273.
col.4.uol.4.quòd per compendioſam,in qua contine-
tur uulg.pup. & fideic. & hanc opin. præſupponit
etiam Bar.in.d.l.Lucius.in fi. & alij relati.ˢ.num.
706.ubi ꝙ, quando poſiti in condit. cenſentur uoca
ti, tunc reuocare poſſunt alienationes factas per pa-
trem,quod quidẽ nõ congrueret ſubſtit.uulg.et Curt.
iun.loquẽs in ter.coniec.de qua.ˢ.ante num.770.in
conſi.48.col.pen.Secundã opin. uidelicet, ꝙ per ſo-
lam fideicommiſſariam cenſeantur uocati, uide-
tur intrepide aſſerere Socin. in conſi. 140. col. 1.
uol.1.repetito in.218.uol.2.cõtra quã tamen opin.
nunc reperio Soci.iun.in conſ.29.col.1.uol.3.Tertia
opin.ꝙ ſolum dicantur uocati per uulg.tenet Soci.ſi-
bi ex diametro contrarius, in conſi.69.col.5.circa
me.uol.3.& in conſi.104.col.pen. eo. uol. & uide-
tur tenere ẽt in conſi. 114.col. pen.uol.1.hanc ean
dem opin.uidetur tenere etiam Rui.in conſi.140.col.
fi.uol.3. ✱ Et facit,quia etiam ſi expreſſe eſſent uo- 809
cati,attamen intelligeretur ordine ſucceſſiuo, & ſic
uulgariter tantum,iux.not.in.§.Quidã recte. Alex.
in conſi.22.col.2.uol.3.repetito in conſ.13.uol.4.
cui ſe ſubſcripſiſſe ait Soci.in.d.§.Quidam recte.col.
pen.uer.ſed hic cadit.& ſubſcriptio Soci.eſt in conſ.
113.uol.1.idem tenet ipſe Soci. in dicto.§.Quidam
recte.col.pen.uer.3.caſus.Rui.in conſi.100. col.3.
in prin.uol.2.de qua tamẽ conſ.uide Soci.iun.in cõſ.
136.nu.19.uol.3.quicquid teneat Alexãdr.in.d.§.
Quidam recte.fo.7.col.2.ad fi.cum ſeq. ſecus tamen
forte eſſet, quando uocati eſſent agnati, ut per Soci.
in conſi.73.col.4. in fi.cum ſeq. uol.4.quod etiam ul
timũ qualiter procedat,uide ipſum Soci.in.l.Si cogna
tis.col.3.uer.primũ.et Alexãdr.ubi.ˢ.col.24.Deci.
in conſi.205.Rui.in conſi.117. num.19.uol.2.Et
ꝙ quando iſti poſiti in conditione cenſerentur inui-
cem ſubſtituti, illud tamen eſſet ſolum per uulgarem,
tenet Rimin. in conſi.326. num. 31. ✱ Et tenendo 810
hanc opin.eam amplia procedere, etiã ſi principalis
ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria. nam etiam tunc fi-
lij in conditione poſiti cenſerentur etiam ſtantibus
coniecturis uocati ſolum in defectum patris ſui,et ſic
per uulgarem tantum. ita Rui. in conſi. 99. col.2.
uol.2.& in conſ.128.col.5.in prin. uol.3. ✱ Secũ 811
dò ampliare uidetur Deci. in conſi. 291.col.2.pro-
cedere,etiam ꝙ adeſſet clauſula codicillaris, de quo
tamen ultimo latius per ipſum Deci. in.l. Precibus.
col.10.et ſæpe in cõſ.quem ſimpliciter uidetur ſequi
Rip.in.§.hũc noſtrũ ſeq.col. antep.in fi.et Soci.iun.
in conſi.180.col.pen. uol.2.& uide eundem Deci.
pro declarat.in conſi.431. ſed contra Deci. intrepi-
de tenet Galiau.in.l.Centurio. ante num.259. pri-
mæ impreſſ.uer.nunc autem.eum reprehẽdens,ꝙ non
uiderit Fulg.caſtr. & Corn.in.l.Si fratres.C.de fi-
deic. nec Soci. in conſi.6.col.2.& ſeq. uol.3.ut per
eum. contra Deci. etiam tenet Curt.iun.in cõſ.139.

col.fin.& Alexãdr.in cõſ.129.& in dicto.§. Quidã
recte.col. & Crau.in conſi.22.& in conſi. 210.
Qua in re mihi interim non diſplicet concordia tra-
dita per Rip.in.l.Lucius. col.fi.de uul.& pup. uide-
licet an clauſula iſta ſit concepta per uerba futuri tẽ
poris,an uerò præſentis tantum, quam concordiam ſi
bi aſcribit Alexandr.in.d.§.Quidã recte. prout etiã
aduertit Soci.iun.in cõſ.166.uol.2.ubi in hac quæ-
812 *ſtione ſe ancipitem remanere aſſerit.* ✠ *Cæterum re-*
deundo ad principalem noſtram.q.& tenendo, ꝙ ẽt
per fideic. cẽſeantur uocati, reſponderi poſſet ad not.
in.§.Quidam recte.ut procedant, quando ſimpliciter
dictum eßet, ſubſtituo talem,& eius filios. ſed quan-
do habita eſt mentio mortis, ut hic, tunc intelligitur
per fideic. iux. glo.in.l.In teſt.C.de teſt. mil. ut per
Deci.in conſ.431.& ita in ter.reſpõdet Rui. in cõſ.
158.col.pen.uol.2.& in conſi. 139.col.pen.uol.3.
& in conſi. 141. colum. antepenul. cum ſeq. eod.
uolu.& in conſi.ſeq.colum.2. & colum.8. ſed quia
contra hanc reſponſionem tenet ipſemet Rui.in con-
ſi.128. colum.5. in prin. uolu.3. dicens, quòd li-
cet principalis ſubſtitutio ratione prædicta ſit fi-
deic.attamen quo ad filios in conditione poſitos, illi
quidem cenſentur uocati tãtummodo in defectum pa-
tris ſui,& ſic per uulg. & idem Rui. loquens in ex-
preſſa uocatione in conſi. 99. col.2. uol. 2. ideo uno
uerbo dicas ad not.in.§.Quidam recte.ea non proce-
dere,quando in contrarium adeſſet aliqua coniect. ut
813 *ibi not.& Rui.in conſ.164.col.fi.uol.3.* ✠ *quod ma.*
xime procedit, quando appoſita eſſet clauſula, uulg.
pupil.& per fideic. vel quando appoſita eſſet dictio,
in perpetuum. ita Rui.in conſi.140.ad fi.uol.3.etiã
ꝙ dicta clauſula apponeretur de per ſe in fi. ut per
eundem Rui.in conſi.142.col.8.eo. uol.& in conſi.
814 *158.col.pen.uol.2.* ✠ *illud certe clarum eſt, quòd*
tunc detraheretur legitima & trebel. ut regulare eſt
in quolibet fideic. cõditionali: ſed ſignãter in his ter.
815 *not. Purpur.in.l.1.col.fi.C.de pac.* ✠ *Omitto aũt,*
quia non eſt materia noſtra, an, quando legitima eſt
ſemis, detrahatur tunc ſola legitima, an uerò etiam
trebel.in quo not. dubio (remiſſiue tantum loquar).
Bal.in conſi.260.uol.2.in ant.& 101. uol.2.in no
uis tenet, ꝙ ſola legitima ſed de ea quæſt.uide Cagno.
in.l.Papin.§.Meminiſſe.de inof.teſt.et Crau.in conſ.
50.quibus adde Bertr.in cõſ.132.et 201.et 356.
col.fi.uol.1.immo etiã ſi legitima eſſet aucta per ſta-
816 *tutum, Alex.in conſi.3.col.2.in prin.uol.7.* ✠ *vnũ*
illud pro complemento nolo omittere, in quo rarò ad-
uertitur,& eſt magni momẽti,(omnino ſolent Doct.
in primis ſuis commentarijs multa extranea & im-
pertinentia congerere ſecundum Ioan. Andr. loquen
tem de Hoſt. in.c.Raynutius. col.1. licet hoc in alijs
reprehendatur, ſecundum Iaſ.poſt Bal.in.§.Actiones.
col.5.de actio.) ꝙ attento.d.c.Raynutius. et c.Ray
naldus. de duabus quartis à filio conditionaliter gra-
uato detrahendis, & fructibus non computandis in
trebel.iux.l.Iubemus.C.eo.aduertendum eſt, ꝙ ſi re-
ſtitutio fideic.ueniat facienda alij, quàm deſcendenti
teſtatoris, tunc fructus cõputabuntur in trebel. quia
dicta.l.Iubemus.loquitur, quando reſtitutio fit deſcẽ
denti teſtatoris: & in fi.ſubdit, non extendi extra ca-
ſum, nec perſonas, de quibus ibi, (hinc eſt, ꝙ non ex-
tenditur ad falcidiam, ſecundũ Soci.iun.in cõſ.136.
num.7.uol.2. nec ad legitimatũ, ſecundũ Crau. poſt
Ang.ibi in.l.1.nu.93.de leg.1.& Grat. in cõſi. 17.
nu.26. uol.1. quibus adde Rui. in conſi. 84.col.2.
uol.3.& in conſ.91.col.4.eo. uol.nec ad arrogatũ,
ut per Alexandr.in.§.Imperator.nu.54.) & iſta eſt
com.opin.antiq. & moder. Nam omiſſis antiquis eã
tenuerunt Rom.in conſi.232.Abb.in conſi. 79.uol.
1.Cuma. in conſi. 123. col.fi. Alex.in.l. In fideicõ-
miſſaria.ꝯ.eo.ubi etiam Clau.de Seiſ. late alios ple-
roſque referens, hanc uti communem tenet. Corn.in
conſi.321.col.4.uol.3.referens ſe idem tenuiſſe in
d.l.Iubemus. ſubdenſque ſecundum eam fuiſſe iudica
tum Romæ, & Rui.in d.conſi.84.col.3.uer.ex alio.
& in d.cõſ.91.col.3.eo.uol.Pariſ.in conſi.21.ad fi.
uol.3.& in cõſ.27.ad fi.eo.uol. Rip.in.d.l.In fidei-
cõmißaria.et in reſponſo uni.col.fi. ad trebel.dicens
hanc eſſe com. opi. & ibi etiam ponit duas alias de-
clarationes. Et licet Saly.& Caſtr.in d.l.Iubemus.et
uterque Imol.in.l.In ratione.§.Quod autem.ad.l.falc.
contrarium teneant,& Corn.ſibi cõtrarius, et non-
nullas auctorit.falsò allegãs in cõſ.180.in 10.dub.
uol.4.& Rui.ſibi contrarius in conſ. 21.poſt num.
11.uol.3.pro qua opin.facit, quia.d.l.Iubemus.lo-
quens in filijs primi gradus extenditur etiam ad nepo
tes (quod mihi uidetur contra illum tex.in fi.) ſecun
dum Molin.ad Alex.in conſ.201.col.5.uol. 6.atta-
men in iudicando & conſulendo tutum non eſſet rece-
dere à prima opin. ſtante tanta diſparitate auctorita
tum. Non obſtat, quòd durum uideatur, tranſuerſalẽ
ſiue etiam extraneum ſubſtitutum reddi hoc modo me
lioris conditionis, quàm ſi ſubſtitutus ſit deſcendens,
quia reſpondetur per tenentes communẽ, ꝙ grauatus
magis moleſte fert reſtituere fratri ſuo uel alteri de-
ſcendenti teſtatoris,& ideo lex ſibi indulget, ꝙ ultra
legit.& trebell.lucretur etiam fructus, quàm quan-
do reſtituit collaterali, uel etiam extraneo, & ideo
tunc cõputat fructus in trebell. ✠ *Bene faciunt not.* 817
per Ang.in conſi.286.col.3. relat. per Soci. iun.in
conſi.172.col.6.uol.2.quòd frater æquiore animo
fert extraneum & ſibi inimicum aliquid habere
de bonis patris, quàm ꝙ frater plus eo habeat unum
iota.adde.l.Cum oportet.poſt prin.C.de bon.quæ lib.
alleg.per eundem Soci.iun.in conſi. 55. col.2. uol.1.
✠ *Ad idem facit, ꝙ hæres tenetur coniunctę perſonæ* 818
teſtatoris ꝓ euictione rei alienæ ignoranter legatæ.l.
Cum alienam.C.de lega.fratri autem non tenetur.l.
Cum pater.§.Euictis.de leg.2.ubi glo. ita reſpondet,
& quem tex. ad hoc allegat glo.in d.l.Cum oportet.
pro hoc faciunt etiã not.ꝯ. poſt nu. 11.uer.2. Alijs
etiam duobus modis ad prædictum obiectum reſpon.
Rui.in.ꝯ.alleg.cõſi.91.col.3.uol.3.ut ibi ꝑ eũ, quę
aliter non tranſcribo, cũ ab omnibus uideri poſſit.
✠ *His explicitis, par eſt, ut deueniamus ad.3.* 819
& ultimam difficultatem reſultantem in materia
ſubſtitutionis factæ pluribus, & uerificatæ ſolum
in perſona unius, quando uidelicet ſubſtitutus pręten
dit portionem illius ad ſe pertinere, ut ſupra præpo-
ſuimus num.488.& per conſequens ad ſextum &
ultimum, ſed principale not. quod colligitur ex hoc
tex.uidelicet, ꝙ in ſubſtitutionibus pluralitas reſpi-
ciens perſonas, quibus fit ſubſtitutio, ſcinditur ſeu re

ſoluitur in ſuas ſingul. & per cõſequens ſubſt. admittitur ad portionem illius, in quo ucrificata eſt conditio. concordat tex. in. l. fi. §. Filium. de leg. 2. & in. l.
820 Lucius. §. Caio. ſ. eo. * Sed cõtra de. l. pen. C. de impub. ubi ſubſt. ſi uterque filiorum deceſſerit in pupill. ætate, alterutro tantum mortuo in pupillari ætate, penitus excluditur: ſed requiritur, ꝙ uterque decedat in pupill. ætate, quia cogitauit teſtator alterum ſuperuiuentem ſucceſſurum in portione primi decedentis. & præmitte, ꝙ ille tex. in omnibus concordat cum hoc noſtro, ut per D. Fab. col. 10. nu. 35. excepto caſu, quando conditio ucrificatur ſolum in ultimo, ut hic, ubi dicitur, ꝙ admittitur ſubſt. ibi uerò prima facie uidetur dicere contrarium. Secundò non omitto, ꝙ Torniel. poſt num. 120. uer. 2. dicit tex. illum, quatenus dicit, ſe none decidere, & quòd erat magna dubitatio apud Sabinum, non uideri prima facie dicere ueritatem, ſed ſine cauſa feciſſe decis. de eo, quod iam aperte erat deciſum de iure ſſorum, uidelicet per. l. Qui duos. §. 1. de uulg. & pup. ſecundum com. intellect. ubi colligitur, ꝙ ſubſt. pluribus pupillis dicitur ſubſt. ultimo tantũ, quia non admittitur ad portionem primi. Ad quod contrarium ante eum aduertit etiam d. Fab. poſt nu. 43. aliàs. 64. uer. nam fatua. & ante eos Corne. de quo neuter meminit, in d. l. pen. col. addens, ꝙ nõ ſolũ apud Pompo. (opinor uelle dicere, Papin.) deciſum erat in. d. l. Qui duos. de uulg. & pup. ſed etiam apud Triphon. in. l. Qui duos. de reb. dub. adde tu, ꝙ rurſus etiam apud eundẽ Papin. in. l. Pater filiam. §. fi. ad. l. falc. hoc idem deciſum erat, prout in d. l. Qui duos. Cæterum ad hoc obiectum reſpon. ipſe Torniel. uerum quia eius reſponſio nõ uſq; quaque ſatisfacit, ut not. ſ. nu. 585. uerſ. non omitto. iunc. not. poſt num. 592. Corn. uerò nec d. Fab. nihil reſpondent, ideo licet iſta ſint modici momenti, at-
821 tamen dicas, * quòd licet Iuſtinianus ibi dicat dubitatum fuiſſe penes antiquos legum auctores, & reſpõſum fuiſſe à Sabino, eiuſque reſponſionem approbet, non tamẽ negat, quin etiam apud Papin. deciſum eſſet. Nam in ſimili uidemus, ꝙ in. l. Omnes. C. de cõtr. ſtipul. & in. §. Sed hæc ſolemnia. Inſti. eo. tit. dicitur, ſolemnia ſtipulationum uerba Leoniana conſtitutione fuiſſe ſublata, & tamen per Vlpia. qui per. 250. ſiue ſecũdum aliquos 500. annos ante uiguerat, iam fuerãt ſublata, ut in. l. 1. §. Si quis ita. de uerb. oblig. & tamen ad hoc obiect. reſpon. ambo Soci. in rub. de uerb. oblig. & Rui. & Niger in. l. 1. §. Si quis ita. eo. tit. ut per eos, quibus accedat Bar. in. l. Omnimodo. in primo not. C. de inoff. teſt. ubi allegat tex. ſſorum facientem mentionem de iure. C. corrigente ius antiquum, ſed dicit fuiſſe additum à compoſitoribus. Nec omitto, quòd in d. l. pen. non dicitur dubitatum fuiſſe penes imperatorem auctorem d. l. pen. quæ fuit poſt conditam & publicatam d. l. Qui duos. prout dicunt Fab. & Torn. ſed dicitur, ꝙ fuit dubitatum apud antiquos. ll. auctores, quod ego intelligo, ſcilicet qui fuerunt ante promulgatam d. l. Qui duos. et Sabinum reſpondiſſe ut ibi, adhærentem forte opin. Papin. uel ſecundum Corne. ubi. ſ. Pompon. qui 53. libros Sabino ſcripſit, ſecundum Politia. epiſt. ultima libri quinti, ſubdentem Sabinum ſui temporis Catonẽ appellatũ fuiſſe: & ideo Imper. in. d. l. pen. eius opin. approbat.

Nec eſt nouum, quòd plures. ll. reperiantur de uno eodemque caſu, dummodo una melius aliquid, uel clarius declaret, quàm alia, prout hic: ſolum. n. implicite in d. l. Qui duos. habcẽ, quod explicite in d. l. pen. terminatur. immo non unam tantum, aut alteram legem uidemus in diuerſis titulis repetitam, ut eſt. l. fi. §. Lucius. de leg. 2. repetit. in. l. Lucius. ſ. eo. cum pluribus alijs, quæ notæ ſunt; immo eãdem legem bis in eodem titulo poſitam eſſe, ut eſt. l. Arbiter. de diſtract. pign. Et prædict. rationem reddit Imper. in. l. 2. §. Si quid antẽ. de uet. iur. enucle. glo. in. l. Mulier. C. de dign. lib. 12. Claud. de Seiſ. in. l. Cum filiof. nu. 15. late Io. Garron. in textual. l. 1. nu. 3. de ſec. nup.
& latius per Barb. in c. 2. col. 8. de lib. oblat. * Sed 822
his omiſſis, redeundo ad propoſitum, iſta eſt fortis oppoſitio, & miror, ꝙ Gulielmus Budæus in annot. l. fi. de ædil. edict. cui ultra Doct. in ſuis locis reſpon. Zaſ. in ſuis antinom. et rurſus idẽ Bud. in annot. l. 3. ad. l. Iul. maiest. in quibus locis pleraſque in iure, ſecundũ eum, antinomias numerat, hanc inter præcipuas non poſuerit: & obiter non omitto, quòd Alcia. aliam ẽt, ſecundum eum, ponit in. l. Singularia. col. antep. & aliam in quarto libro Diſpunct. c. 7. & rurſus aliam in. 3. lib. de verb. ſign. in prin. 3. axiom. Sed quid, obſecro, eſſet, aut quo rueret hæc ſcientia, quæ in ſola conditorum auctoritate conſiſtit, ſi ullas in ea antinomias reperiri concederemus? Quid? nonne in ſacra pagina infinitæ propemodum & quidem incompatibiles inſolubileſque antinomię prima facie uidentur? quod tamen aſſerere ſacrilegium eßet, ac blaſphemia. Dicendum itaque eſt, ꝙ illa, quæ uidentur contraria, ſunt utilia, quia ex ſolutione huiuſmodi contrarietatum reſultat plena cognitio materiæ, ut inquit Bal. in prima conſtit. ſſorum col. 3. & idem de ſacra ſcriptura docet D. Aug. de fi. & oper. c. 14. et profectò uerum eſt, quod alibi inquit Bal. qui neſcit diſtinguere,
neſcit iudicare. * Nec omitto etiam, quòd ſicut ſa- 823
cra ſcriptura obſcure ſępenumero loquitur, uel ut ſcrutandi ſtudium magis excitet, uel ne ita paſſim ab omnibus intelligatur, ut ꝑ D. Hiero. in proœm. Eſaię, & Eraſ. poſt D. Aug. in prima Hyperaſpiſte ſuæ diatr. quod quidẽ ẽt in philoſophia contingit, ſecundũ Hermol. Bar. in prælect. Ariſt. idem pariter contingit in legibus, ut per Cicer. in ſecundo de Orat. & ꝑ Ferd. Loaz. Inſtit. de iuſt. & iur. §. His itaque. col. prima, et Cagnol. in proœmio ſſorum col. 2. & Eraſ. adag. 39. chil. prima centur. prima. Sed iam par eſt, ut ad huiuſce oppoſitionis ſolutiones deueniamus, quæ quidem uariæ aſſignantur per Doct. ſed omnes patiuntur maximas difficultates, ut late per Alex. qui omnes refert, & ultimo loco Rip. omnes in unum colligens, po
nit ſuam, de qua. ſ. nu. 843. * Primò itaque circa 824
ſolut. illã Rayner. quã amplectitur Soci. ante nu. 15. uer. mihi multũ placet. et poſt num. 28. uer. 2. ratio. ſumptã à ratione decidendi huius tex. uidelicet, ꝙ hoc ſit in hoc tex. propter reciprocam præcedentem, ſecus uerò in d. l. pen. ubi non aderat reciproca. Hæc ſolutio probari uidetur in hoc tex. in fi. ibi, ſi nouiſſimus portionem primi ſuſcepiſſet. ex quo uidetur inferri, ꝙ niſi nouiſſimus ſuſcepturus fuiſſet portionem primi, Claudia excluſa fuiſſet, ſed ſic eſt, ꝙ nouiſſimus non fuiſſet ſuſcepturus portionem primi, niſi median

te reciproca, ergo tex. iſte procedit propter præce-
825 dentem reciprocam. ✠ Et ſecundũ Caſtr. hic col. 2.
ſubſt. reciproca præcedens uidetur operari, ut collecti
ua, uterque, reſoluatur in ſingul. & exponatur. i. ſi
ſecundus deceſſerit ſine filijs. præſuppoſuit. n. teſtator
reciprocam, per quam prouidetur primo decedenti ſi-
ne filijs, uerificatam iri, ideo in hac ſecunda ſubſtit.
de Claudia uoluit prouidere ſecũdo decedenti ſine fi-
lijs, quo ſtante non eſt mirum, ſi collectiua illa facile
reſoluitur in ſingul. & ita dicit etiam eſſe de mente
Dy. Verum ubi non præceſſiſſet reciproca, debemus
cogitare, ꝙ teſtator omnino uoluiſſet conditionem in
utroque debere uerificari, neque tunc dictio, uterque,
poſſet exponi. i. alter, uel ſecundus. et hoc modo pro-
cedat. d. l. pen. Adde, ꝙ ratio iſta per Caſtr. adducta,
fuit Alber. de Roſ. poſt Oldr. in d. l. Pater filiam. §. fi.
ꝑpe fi. ſubdentis, ꝙ principalis intentio teſtatoris in
hoc tex. circa ſubſtitutionẽ factã de Claudia, fuit re-
ſpectu ſecundi, cum iam primo decedenti fuiſſet pro-
uiſum per reciprocam: nimirum ergo ſi ſubſtituta
admittitur ad portionem ſecundi, in cuius perſona ue
rificata eſt conditio: quam rationem refert etiam Sa-
ly. in d. l. pen. col. 2. ante me. licet Alber. non alleget.
826 ✠ Et ex hac ſolut. ponderat Rayner. & ſequaces uel-
le, ꝙ in hoc tex. ſit fauor Claudiæ, ꝙ præceſſerit reci-
proca, per quam ſecundus ſuſcepturus fuiſſet portio-
nem primi, ſi in eo uerificata fuiſſet conditio, inferen
do ꝙ, niſi præcederet reciproca, Claudia excluderet̃,
quia ſecundus nõ fuiſſet habiturus portionem primi,
& ita ẽt dix. ſ. poſt nu. 114. uer. nec obſt. reſpõſio.
licet Torn. poſt nu. 152. uer. oppoſitũ. dicat Rayner.
contrariũ dicere. Nec huic ſolut. obſtare uidetur, ſi di-
ceres, prout dicebant Rip. poſt nu. 72. & Alci. nu. 5.
ꝙ cum reciproca inducta fuerit ad excluſionem Clau
diæ, non debet operari contrarium, iur. uu'g. quia ui-
detur reſponderi poſſe primò, quomodo reciproca fuit
facta ad excluſionem Claudiæ à portione primi, cum
omnino etiã ſine ea. i. ab inteſtato de iure ſſorum fuiſ-
ſet excluſa, ut dix. ſ. num. 12. Secundò reſpondetur,
ꝙ argum. procederet ſuperſtite ipſo reciproce ſubſt.
ſecus eo non exiſtente, ut hic. Nec etiam huic ſolut.
obſtare uidetur alia ratio Rip. hic num. 70. uer. con-
ſidera. & D. Fabij poſt num. 29. aliàs 34. uerſi.
quæ ſolutio. dicentium, quòd ſicut quando ſubſtitu-
tus eſt habiturus totum mediante reciproca ſubſtitu.
tunc pluralitas reſoluit̃ in ſingul. ita etiã in d. l. pen.
cum ſubſt. pupil. omnino ſit habiturus totum median-
te reciproca ſucceſſione ab inteſtato, quæ prouenit ex
tacito iudicio teſtatoris, (quibus adde hinc eſſe, quòd
ſuccedens ab inteſtato ipſi pupillo poteſt grauari, ut
not. ſ. poſt num. 540. prout etiam ponderat Soci. hic
poſt num. 14.) deberet etiam ibi pluralitas reſolui
827 in ſingul. & tamen ſecus eſt. ✠ Nam ad hanc obiect.
uidetur reſponderi poſſe, ꝙ tex. hic loquitur, quando
ſubſtitutus conſecuturus fuiſſet totum ex iudicio te-
ſtatoris, prout eſt, quando conſequitur mediante reci
proca præcedenti. tunc. n. dicitur conſequi totum ex
iudicio teſtatoris: ſecus quando conſecuturus fuiſſet
totum mediante reciproca ſucceſſione ab inteſt. quia
licet ipſa ſucceſſio ab inteſt. ſit ex tacito iud. teſtato-
ris, attamẽ ipſe ſubſt. pupillaris nõ dicitur poſtea cõ-
rum adeo diſtinct. & ſubdiſtinct. effectu diximus.ſ.
nu.881.Bar.uerò Alex . & cõmuniter cæteri adhæ-
rentes menti teſtatoris , & rationi alleg. per Iuriſc.
hic,tam in pupill. q̄ in fideic.ſiue ſint facta ſimplici-
ter, ſiue collectiue,in effectu ſolum conſiderant,an ea
dem ratio ſit in parte quo ad partem , quæ eſt in toto
quo ad totum , ut diximus.ſ.nu.14. & tunc ſemper
pluralitas reſoluatur in ſingul.ſi uerò non ſit eadẽ ra
913 tio,nunquam reſoluatur. ✠ Cæterum an militet eadẽ
ratio in parte &c. Bald.in.l.1.C. de cond. inſer. rñ.
non militare,quando inter ipſos , quibus facta eſt ſub
ſtitutio , adeſt aliqua prouiſio teſtatoris expreſſa , ut
ſubſtitutio reciproca,quod eſt clarũ,uel tacita, ut ius
accreſcendi,uel quando ſupereſt deſcẽdens teſtatoris,
coniunctus,uel poſitus in conditione , qui ab inteſtato
præferretur ſubſtituto , aliâs uerò ſemper militare
eandem rationem,& cum hac doct.Bal.cõcordat opi.
Bar.& aliorum communiter,ut.j.uidebimus. Et hoc
in effectu eſt ſummarium omnium not. in utraq; ſub-
ſtitutione pupill.& fideicommiſſ. Cuperem nunc , ut
ij,qui in ſola unius uoculæ expoſitione integrum fo-
lium implent,in huiuſmodi nodis eloquentiam & in-
genij ſui acumen exercerent,ut,quid inter iſta inter-
ſit,periculum facerent . Sed habito ſummario operæ
modo pretium eſt extenſe & particulariter utranq;
914 materiam,& dicta Doctorũ explicare. ✠ Et primò ui
deamus de pupil.ſubſtitutione, in qua pariter in pri-
mis præmitte , ꝙ ſi fiat pluribus ſeparatim , tunc
indiſtincte reſoluitur in ſingul.l.vel ſingulis.de uulg.
& pupill.l.pater filiam.§.ſi.ad.l.falcid. diximus poſt

Saly.ſ.num.861.de quo per Socin. hic col.10.ante
me.& col.7.circa me.num.19.in fin.accedat,quia ſi
tacita admittitur contra fratrem, ut per Bar.in.l.2.
de uulg.& pupill. multo magis debet admitti expreſ-
ſa . Ad hæc,ſi expreſſa admittitur contra matrem.§.
ſed nec impuberis. licet in ea agatur de luctuoſa hæ-
reditate filij.l.fin.C.de inſtit.& ſubſtit. multo magis
debet admitti contra fratrem , cui non eſt ita debita
hæreditas fratris. Et hæc concluſio tenenda eſt pro re
gula uniuerſali in qualibet ſubſtitutione , ſecundum
Ang.& alios hic relat.ſ.nu.882. quando uerò dica
tur ſeparatim uel coniunctim facta , uide.j.numer.
1035. Cæterum quando ſimul pluribus facta eſt,So
cin . expedit per quatuor concluſ . ut per eum. ✠ Sed 915
breuiter reſoluendo dicendum eſt,ſecundum com. opi.
ꝙ aut ſupereſt perſona,quæ ex præſumpta mente te-
ſtatoris excluderet ſubſtitutum , & tunc pluralitas
non reſoluatur in ſingul.ſed ſubſtitutus tanquam con
ditione defectus penitus excludatur,iuxt.text.in.d.l.
pen.de impub. Aut uerò non ſupereſt talis perſona ,
& tunc pluralitas reſoluatur in ſingul. & ſubſtitu-
tus admittatur in portione illius , in cuius perſona fuit
uerificata conditio . ✠ Et ideo ueniendo ad praxim, 916
hinc infertur primò, ꝙ ſi ſubſtitutus eſſet extraneus,
& uerificata eſſet conditio ſolum in primo decedente,
tunc quia ſupereſſet alter,qui ex præſumpta mente te
ſtatoris excluderet ab inteſtato ſubſtitutum,ideo hoc
caſu ſubſtitutus in totum excluderetur , ut eſt caſus
in.d.l.pen.de impub.& in.l.Qui duos.§.1.de uulg.et
pup.dum ibi dicitur , ꝙ primus decedit inteſtatus, &
eius hæreditas reperitur in hæreditate ſecundi. Et hæc
quidem illatio extra controuerſiam eſt in ſubſtitutio
ne collectiue facta, in qua & uerba et mens ſtant con
tra ſubſtitutum totum.dubium eſt in ſimpliciter fa-
cta,ut paulò.j.uidebimus. ✠ Sed primò amplia hanc 917
illationem procedere , etiam ſi ſubſtitutio reſpectu
utriuſque eſſet ſolum in compendioſa contenta , iuxt.
not.ſupra ante num.884.& in ſpecie Rip. hic num.
119.allegando Corne . Idem dicas , ſi reſpectu unius
eſſet omnino expreſſa , reſpectu uerò alterius eſſet in
compendioſa contenta,utrique tamen ſub eodem uer-
bo facta,ut per Rom.in conſi.131.col.2. ✠ Amplia 918
ſecundò, etiam ꝙ ſubſtitutio concepta eſſet uerbis ne
gatiuis,ut,ſi ad pubertatem non peruenerint, ſecun-
dum Rip.ubi ſupra uerſi.amplia ſecundò. ubi allegat
Cor.in conſi.55.uolum.1. qui hoc non diſputat , ſed
tantum col.2.id præſupponit,nullam ſuper hoc diffi-
cultatem faciens:& col.fin.dicit, ꝙ illud procederet ,
niſi ſubſtitutus ab inteſtato per ſtatutum excluderet
coniunctum ſuperſtitem,prout in caſu ſuo. ✠ Amplia 919
tertiò,etiam quòd collectiua copulatiua uel diſtribu-
tiua eſſet ſolum appoſita uerbo diſpoſitiuo,ut, utriq;,
uel,Titio & Seio,uel , ambobus ſubſtituo , ſecundum
Rip.hic num.119.uerſi.amplia tertiò.alleg.Bald.&
Alexan.ut per eum.ſed,tu uide not. infra poſt numer.
1035.Torniel.num.112. ✠ Amplia quartò , etiam 920
ꝙ ſuperſtes eſſet in re tantum certa inſtitutus , uel
etiam exhæredatus,iux.not.infra nu.1083. ✠ Am- 921
plia quintò,ut ne poſt mortem quidem ſecundi, in quo
deficiat conditio , ſubſtitutus amplius admittatur
ad portionem primi , ut diximus ſupra numer.468.
Amplia ſextò,etiam ꝙ adiecta eſſet dictio,tota,quic-

quid dicat ſolus Socin. *hic relat.*.s.*poſt nu.* 839.*con-*
tra quem adduco not. ibi paulò ante: quibus adde, ꝙ
immo ubi aliâs pluralitas reſolueretur in ſingul. atta
men, ſtante. d. dictione, non reſoluitur, ut patet in uul.
ſubſtitut. pluribus in diuerſa oratione facta, iux. not.
.s.*nu.* 891.*& certe nimium ſubtilis eſt opi. iſta* Soci.
ꝙ in pupill. facta pluribus in tota ſubſtitutus exclu-
dat coniunctum, qui aliâs, ne excludatur à ſubſtitu-
to, operatur, ut ſubſtitutio dicatur ipſi ultimo tantum
922 *facta, iux. late not.*.s.*nu.* 586.*cum ſeq.* ✱ Amplia
ſeptimò, ut procedat non ſolum in ſubſtitutione colle-
ctiue facta, ſed etiam in ſimplici, ſecundũ glo. et Caſt.
in. l. ſi pater impuberes. de uul. et pup. Bal. *in. d. l. pen.*
col. 3.*uer. modo reuoco. ubi etiam* Salyc. *&* Alex. *col.*
3.*poſt me. & idem* Alex. *in. d. l.* Pater *filiam.* §. *fin. in*
fin. Rom. *in. d. conſi.* 131.*col.* 2.*cum alijs alleg. per*
Rip. *dicentem eſſe com. opi. hic nu.* 118. Torniel. *nu.*
116.*quod etiam fatetur* Socin. *ubi paulò.*.j. Et *hac*
ampliatio probatur primò per. d. l. pen. ibi, cogitaſſe
enim &c. quæ ratio militat ẽt in ſubſtitutione ſimpli
citer facta. Secundò *probatur per. d. l.* Pater *filiam.* §.
fi. uer. ꝙ ſi frater. quam ad hoc alleg. Bal. *&* Rom. *ubi*
.s.*dicitur enim ibi non fieri contributionem hæredita*
tum, ſed in hæreditate ultimi reperiri hæreditatẽ pri-
mi: & ita etiam inducit Alex. *de prædictis immemor*
ibi in fin. concordat tex. in. l. Qui *duos. in.* 2.*rñſo, de*
uulg. & pup. Tertiò *probatur per.* §. Item *ſi pater. de*
reb. dub. & p. l. Generaliter. *in prin.* C. *de inſtit. et ſub*
ſtit. inductam, ut per Soci. *de quo paulò.*.j.*& per ean-*
dem legẽ in. §. Cum *autem. & per. l.* Cum *auus. & .l.*
Cum *acutiſſimi. quos tex. inducas à fortiori, quia ſi cõ*
tra naturam uerborum in. §. Item *ſi pater. ubi agitur*
de uulga. & in. d. l. Generaliter. *in prin. ubi agitur de*
fideic. alternatiua reſoluitur in coniunctã, & in. d. §.
Cum *autem. & .l.* Cum *auus. & .l.* Cum *acutiſſimi. li-*
cet ſubſtitutus haberet uerba expreſſa pro ſe, cũ eſſet
ſine ulla cõditione uocatus, attamen excluditur, quod
ea ſolum ratione procedit, ne uideatur teſtator extra
neum propriæ ſoboli anteferre, ut dicitur in. d. §. Cũ
autem. multo magis in caſu iſto debet excludi, in quo
uerba ſunt ambigua. Quartò *probatur, quia ſi pupil-*
laris facta pluribus etiam ſimpliciter dicitur facta
ultimo tantum, ut late not..s.*nu.* 586.*ergo non reſol*
uitur in ſingul. reſpectu hæreditatis primi. Accedat
ratio alleg. per Torn. *quia fauore ipſorum pupillorũ*
ſubſtitutio iſta dicitur uulg. facta in hæreditate pa-
tris, quæ quidem uulg. non reſoluitur in ſingul. ut not.
.s.*nu.* 893.*ꝙ autem nõ dicatur pupill. mouetur, quia*
pupill. fit ad commodum filij, iux. not..s.*nu.* 532.*ſed*
hoc modo diceretur eſſe dãno ipſius pupilli, ergo &c.
& ꝙ pupil. poſſit dici uulg. facta in hæreditate patris,
adducit. §. *ſed nec impuberis. ubi aliquãdo appellatur*
pupill. aliquando uulg. prout expedit ipſi pupillo. Idẽ
dicit ipſe Torniel. *poſt num.* 92.*& poſt numer.* 128.
quibus ſtantibus infert ipſe in locis præalleg. ꝙ coniũ
ctus ſuperſtes ſuccedet ex iure accreſcendi. Vltimò *ac*
cedat, quia idem eſt etiam in fideic. ſecundum com. opi.
ut not..j.*num.* 1088. Contrarium *tamen opin. tenet*
Soc. *hic poſt nu.* 20. *uerſi. tertiò. allegando ita etiam*
tenere Barto. *in. d. l. pen. & ꝙ eam ſequitur* Ang. *ibi.*
& pro hac opin. adducit Socin. *primò. d. l. pen. à con-*
trario ſenſu dictionis, uterque: et dum D. Fab. *nu.* 43.
aliâs. 64.*reſpondet, ꝙ ibi dictio, uterque, ſtat pro ſim*
plici, replicari poteſt ex not. ſupra num. 114. Secun-
dò adducit. l. vel ſingulis. in ſecundo reſponſo à contra
rio ſenſu, de uulg. & pup. ut per ipſum. Tertiò *moue-*
tur p. d. l. Pater *filiã.* §. *fi. ut per ipſum, ſubdentem non*
poſſe dici, ꝙ ibi ambo pupilli eodem tempore deceſſe-
rint, uel quòd ſubſtitutio facta fuerit ſeparatim, quia
replicat dicens has ſolut. (ultra ꝙ eſſet nimis reſtrin
gere illum text. & diuinare) eſſe etiam contra diffe-
rentiam ibi factam, an ſubſtitutio fiat utrique, an ue
rò ſupremo tantum, ut late per eum: cui adde not. ſu-
pra ante num. 586. Pro *hac eadem opin. adduci po-*
teſt, quia ſicut in ter. l. Cum *auus. cum concord. fra-*
ter grauati non excludit ſubſtitutum, ut not. ſupra
num. 852. *ita neque etiam in his ter. debet exclude-*
re. Hinc *dicunt* Doct. *ꝙ ad hoc, ut habeat locum. l.*
Cum *auus. non ſufficit, ꝙ ſuperſtes ſit deſcendens te-*
ſtatoris, ſed etiam requiritur, ꝙ ſit deſcendens graua
ti, ut per Soci. *ibi poſt nu.* 60.*&* Rip. *in.* §. *ſi quis ro-*
gatus. num. 55.*uerſi. confirmantur. & uide.*.s.*num.*
858.*ſed uide etiam.*.j.*num.* 1014. Accedat, *quia li-*
cet filij teſtatoris excludant ſubſtitutum exemplarẽ,
l. Humanitatis. C. *de impub. non tamẽ excludunt ſub*
ſtitutum pupillarem, ut diximus ſupra nu. 914. Nec
obſtare uidetur. d. l. pen. ibi, cogitaſſe enim. quia loqui
tur ſtante collectiua, de qua ibi, & non eſt mirum, ꝙ
ratio reſtringatur ad ter. dicti, iux. not..j.*poſt num.*
947.*& ſic text. ille à contrario ſenſu retorquetur,*
ut..s.*dicebamus.* Et *ꝙ hoc ibi non ſit ex ui rationis*
illius, cogitaſſe enim &c. patet primò, quia, ſi hoc eſ-
ſet, diceretẽ deferri ſucceſſio ex tacita diſpoſitione te-
ſtatoris, & ſic fieret contributio hæreditatum, iux. l.
Quòd *ſi alterutro.* §. 1. *ad. l. falcid. conſequens autem*
eſt falſum. l. Qui *duos. in ſecundo reſponſo, de uulg. &*
pupill. & .d. l. Pater *filiam.* §. *fi. ergo &c. & hoc argu*
mentum inſolutum reliquit Caſtr. *in. d.* §. *fi. col. fin. &*
illud ſibi aſcribit Iaſ. *in. d. l.* Qui *duos. de uul. & pup.*
Secundò *patet ſecundum* Torniel. *quia ſequeretur, ꝙ*
diceretur facta ultimo tantum, cuius tamen contra-
rium tenet ipſe nu. 120. Præterea, *ſecundum eum, pa*
tet, quia, quando dictum eſſet, eis, uel, cuilibet ſubſti-
tuo, non procederet com. opin. cuius tamen contrariũ
tenent com. Doct. *ut per eum.* Neque *etiam obſtare*
uidetur. d. l. Pater *filiam.* §. *fi. quia immo facere uide-*
tur pro hac opi. inducendo, ut per ipſum Socin. *ubi.*.s.
Neq; *etiam obſtare uidetur.* §. Itẽ *ſi pater. de reb. dub.*
quia reſpondet Caſtr. *ꝙ loquitur in uulg. nos autem in*
pupil. præterea illud ibi ideo eſt, ſecundũ Imol. *hic col.*
pen. prope fi. quia in inſtitut. teſtator attribuerat uni
cuiq; totam hæreditatem, ſecus quã, prout hic, à prin.
inſtituiſſet duos filios, quibus alternatiue ſubſtituiſſet
aliquem, tunc. n. reſolueretur in copulatiuam. Neq; ẽt
obſtare uidetur. l. Generaliter. *in prin. quia reſpondet*
Soc. *ubi.*.s.*& ante nu.* 27.*uer. ſed contra. ꝙ loquitur*
quo ad portionẽ eorum patri relictam, hic uerò agitur
de portione alteri relicta: cui adde not..s.*num.* 854.
uer. ueruntamen. Neq; *etiam obſtare uidetur. l.* Cum
acutiſſimi. cum alijs concordan. quia reſpondet Fulgo.
in. d. l. penult. text. illum loqui in fideicommiſſ. in
qua agitur de hæreditate patris, iuxt. §. Cum *filiæ.*
nimirum ſi filij ex grauato, qui ſunt deſcendentes te-
ſtatoris, excludunt ſubſtitutum, nos autem loquimur

in pupillari,in qua agitur de hæreditate ipſius pupil.
cui non ſuperſunt deſcendentes : & ita etiam reſpon.
Bald.& Imol. relati per Rip. in.d.l.2.num.60.&
Alex.de præd. immemor in.d.l.1.col. penult.ſubdens
propterea.d.l.Cum acutiſſimi.non eſſe multū ad propo
ſitum,et ideo ratio illa,ne uideatur teſtator extraneū
propriæ ſoboli anteferre,non militat in pup.quinim-
mo tex.illi uidentur facere in contrarium, ut.s.poſt
Caſt.diximus. Neq; etiā obſtat,ꝙ cenſeatur facta ul-
timo tantum,quia contrarium tenet Torniel. ut dixi
paulò.s.uer.ſecundò patet.Neque etiam obſtare uide
tur ratio ipſius Torniel.adducta pro com. opin.ut.s.
retulimus : quia reſpon . ꝙ pupillaris non poteſt dici
uulg.facta in hæreditate patris , ut late dixi.s. ante
et poſt nu. 544.Nec obſtat,ꝙ hoc ſit fauor filij, quam
rationem ſumpſit ab Alex.in.d.l.pen. col.3. poſt me.
uer. & iſta opin. & in.l.In pupill. de uul. & pup.
& D.Fab.nu.41.uer.teneas tamen.& quæ ratio ori
ginaliter fuit Guiel.de Cun. in.l. Precibus. relat. per
Socin.ubi paulò.j.quia reſpon.ꝙ etiā fauor filij eſſet,
ꝙ mater ab eius luctuoſa hæreditate non excludere-
tur.l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.l.Iure ſuccurſum.ff.de
iure dot.& tamen hoc non attenditur.d.§.ſed nec im-
puberis.ſufficit ergo,ꝙ principaliter ſit fauorabilis ,
licet aliquando redundet in eius odium,iux. doct. Bal.
in.l.Quod fauore.& ita ſignanter in ter.reſpon.Soc.
in.l.Cum auus.poſt nu.22.uer.opin. tamen Bar.cui
addo Soci.iun.in conſi.128.nu.92.uol.1. &.j.nu.
940.Præterea,& magis in ter.fauor pupilli eſſet,ꝙ
relictis duobus fratribus, uterque pariter ab inteſta-
to ei ſuccederet, & tamen frater ſubſtitutus excludit
alium fratrem licet coniunctum in ſubſtitutione eis
facta,& pluralitas reſoluitur in ſingul.ut not.j.nu.
930.Non obſt.ꝙ pup. aliquando dicatur uulga.d.§.
ſed nec impuberis.quia reſpon , hoc non eſſe uerum .
licet enim, ut pup.ſubſtitutio ſuſtineatur,dicatur te-
ſtamentum patris,ut ibi,non tamen dicitur uulgaris
ſubſtitutio,nec hæreditas patris,ut latius diximus.s.
ante & poſt nu.544.Neque etiam obſtare uidetur,ꝙ
hoc ſit in fideic.quia contrarium tenent multi, ut not.
j.nu.1088. Prædictis tamen non obſtantibus rece-
dendum non uidetur à com.opin.per.s. alleg. quibus
non obſtat reſponſio ad.l.pen.quia replicatur illud ibi
non eſſe propter collectiuam,ſed propter rationem il
lam,cogitaſſe.n.&c.ut dicit Iaſ.ibi col.3.& not.s.
poſt num.914.quibus adde Alex.in.d.l. Pater filiā .
§.fi.in fi.nec eſt uerum, ꝙ ſint duæ rationes illius le-
gis,ſed ſola illius ratio eſt præſumpta mens teſtato-
ris,uidelicet,cogitaſſe.n.&c. Non obſtat , ꝙ non fiat
contributio hæreditatum,ut not.s.uer. & ꝙ hoc ibi.
quia reſpon.hoc ideo eſſe,quia ad hoc,ut pluralitas nō
reſoluatur in ſingul. ſufficit uoluntas teſtatoris per-
miſſiua.i.non ablatiua ſuperſtiti , qui aliâs etiam ius
illud haberet:ſed quo ad faciendam contributionē hæ
reditatum,iux.l.Quòd ſi alterutro.§.1.requiritur uo
luntas, quę tacite uel expreſſe det aliâs illud non ha-
benti:& iſta fuit in effectu reſponſio Alex.in.d.l.Pa-
ter filiam.§.fi.in fi.& idem in effectu notat etiā Alex.
hic col.14.in fin. & eodem modo reperio reſpondere
D.Fab.nu.44.uer.nec eſt uerum. licet nullū alleget .
quibus accedat Alcia.ſolus Iaſ.ubi.s. mentionē fa-
ciens,in.l.Ventre.pag.fi.de acquir.hæred.quibus ad-
di poteſt,(licet neminem repererim hoc dicentem, et
propterea firmare non auſim)ꝙ ad hoc , ut fiat con-
tributio hæreditatum,requiritur, ꝙ ille , cui obuenit
aliqua hæreditas,poſſit expreſſe nominatim grauari
reſpectu & tanquam ille, cui dicta hæreditas obuene
rit,aliâs ſecus, arg.reg.l.Cū quid.et.l.Qui ad certū.
ſed ſic eſt, ꝙ iſte frater ſuperſtes hæres primi non poſ
ſet ut talis expreſſe & nominatim grauari,ut not.s.
nu.837.ergo &c.❊ Ex quibus infero contra Socin. 923
in.l.Qui duos.col.3.uer.3.limita.de reb.dub.ꝙ in fi-
deic.facta ultimo ſub conditione,ſi uterq; impubes de
ceſſerit,non uenit portio primi acquiſita ſecundo ab
inteſtato:❊ & ꝙ propterea,etiam ſi ambo eodem tē- 924
pore decedant impuberes,non tamen admittetur ſub-
ſtitutus ,quia ultimus in hæreditate primi non poſſet
expreſſe & nominatim ut talis grauari: quarum ta-
men illationum contrarium tenet Socin. ubi.s.ita li-
mitando.l.Eum qui nouiſſimus.s.eo.ut per eum.Præ-
terea etiam ſi ſecundus poſſet grauari , prout poteſt ,
quando ſunt grauati uenientes ab inteſtato nomine ap
pellatiuo,iux.not.s.nu.836. attamen etiam tunc in
dubio non cenſeretur grauatus per fideicommiſſum
niſi in portione & hæreditate propria, non autem in
portione alterius ſibi obuēta.l. Lucius.cum alijs alle.
s.nu.638.& uide.s.nu.641.& ſeq. Sed redeundo
ad propoſitum,ultra præd.reſponſionem ad argumen
tum in contrarium factum,aduerte, ꝙ ſi illud eſſet bo
num,ex eo inferretur,ꝙ, etiam ſi adeſſet collectiua ,
pluralitas reſolueretur in ſingul.quia neque etiā tunc
ſuperſtes ſuccedit primo alia ratione, quàm per uiam
tacitæ reſeruationis legit.hæred.hinc eſt,ꝙ.d.l.Pater
filiam.§.fi.non fit hæreditatum contributio : contra-
rium autem communiter tenetur uel ipſomet Soc. con
ſentiente,ut not.s.ante nu.917. ergo &c. Non ob-
ſtat obiectum illud Torniel. adductum contra prædi-
ctam rationem, ꝙ ſubſtitutio non dicatur facta ulti-
mo tantum , quia contrarium patet ex not.s.num.
586.Non obſtat aliud obiectum eiuſdem Torniel. con
tra prædictam com.rationem,quia reſpondetur, ꝙ an
conſequens ſit falſum,uel ne,uidenda ſunt not.j.nu.
1100.&.s.nu.587.ſed quicquid ſit,dicas,ꝙ etiam
tunc dicitur facta ultimo tantum , quia diſtributiua
& collectiua mutant naturam ſuam , ut not.d.num.
587.Non obſtat reſponſio ad.d.l. Pater filiam.§.fin.
quia(omittendo ꝙ prima ſolut. relat. per Socin .hic
fuit glo.ibi, et ſecunda etiam ſolut.eſt com.ut fatetur
ipſe Soci.) aliter etiam replicatur, ꝙ ipſe Soci.indu-
cit text.illum in princ.ubi loquitur, quando ſecundus
non eſt ab inteſtato ſucceſſibilis primo , ut patet,dum
ſecundum reſponſum loquens in ter.noſtris incipit per
aduerſatiuam ſine copula,ibi,ꝙ ſi frater,quę denotat
diuerſitatem in facto & in iure,& primo quidem ca-
ſu proculdubio fatemur contrariam opin . ut not.j.
num.951 . Verum nos hic loquimur , quando ſecun-
dus eſt ab inteſtato ſucceſſibilis primo , quo caſu lo-
quitur ſecundum reſponſum illius tex.et ita eum tex.
alleg.Bal.& Rom.ut.s.retulimus . dicit enim text.
ille,quòd tunc ſubſtitutus non ſuccedit primo,ſed ſe-
cundo,in cuius hæreditate poſtea inuenit etiam por-
tionem primi , quam non contribuit cum hæreditate
ſecundi,declarando iux.not.s.poſt nu.828.uer.con-
tra etiam.Non obſt.reſponſio ad.§.Item ſi pater.quia

ſatis eſt, ut dicit Alex.in.d.l.pen.col. 4.ꝙ ſubſtitutus,
qui deberet in caſu illo uigore alternatiuę admitti,ex
cluditur, et alternatiua reſoluitur in coniunctam fa-
uore ſuperſtitis,ergo multo magis ſimplex ſubſtitutio
debet fauore ſuperſtitis reſolui in collectiuam. Et dũ
dicit Imol.illud ibi ideo eſſe propter præambulã inſti-
tutionem alternatiuam,dicas,ꝙ immo tex.ille proce-
deret,etiam ſi ſimpliciter fuiſſent inſtituti, ſecundum
Bar.ibi,quem ſequitur Alexan.hic col. 13.in prin.de
quo uide Soci.ibi. Non obſt.reſponſio ad.l.Generali-
ter.in prin.quia replicatur, differentiã illam tolli per
Alex.ſub dubio tñ,et Soc.ſibi cõtrarios,illũ poſt Imo.
in conſ. 175.col.4.uol. 5. hunc uerò de Alex. imme-
morem in.d.§.item ſi pater.col.fi.et per Corn.in cõſ.
298.col. 3.uol.4.& dicemus etiam. j.num. 1099.
925 ✻ Non obſtat reſponſio ad.l.Cum acutiſſimi.cum alÿs
concor. quia dum diuerſificatur inter pup. & fideic.
uidenda ſunt not. j.num. 1019.ubi uidebimus,an in
pup.attẽdatur affectio ipſius pup. an uerò teſtatoris.
Quo aũt ad rationẽ illius tex.reſpon.Alex.in.d.l.pen.
col.4.& hic col. 12.in prin. ꝙ immo etiam in pupill.
militat ratio illius tex.allegat Bar.de quo. j.poſt nu.
930.uer.ſcdò facit.ubi ꝙ frater tacite ſubſt.pupilla
riter,excludit matrem, ne uideatur teſtator extraneũ
proprie ſoboli anteferre.sed circa hanc reſponſionem
cogita,primò, quia deciſ.illa patitur maximam diffi-
cultatem,ut per Alex.ibi col.pen.& uide nu. 1029.
& poſt num. 1030. Secundò cogita, quia ratio illius
deciſ.poteſt eſſe,quia tunc frater habet cauſam teſta-
ti & inteſtati,ſecundum Rip. ibi col.pen. Præterea
ibi non agebatur de excludendo ſubſtituto, ſed ageba
tur de excludenda matre non inſtituta, neque poſita
in conditione.præterea ſi ratio illius text. attendere-
tur,ſequeretur,ꝙ frater ſuperſtes, etiam ſi non eſſet
coniunctus,neque in conditione poſitus, attamen ex-
cluderet ſubſtitutum,quod eſt falſum, ut not. j.num.
1075. Quare dici poteſt, ꝙ licet in ſucceſſione pa-
tris,ratio illius tex.non militet, prout facit in tex.il-
lo,ut cenſeantur poſiti in conditione, neque etiã abſo
lute militet in term.noſtris, ut dicemus. j.poſt.num.
830.uer.nou obſt.ratio.militat tamen,ne in ſubſtitu
tione de extraneo facta pluralitas reſoluatur in ſin-
gul.ſed ſubſtitutus excludatur à ſuperſtite coniuncto,
tanquam cui ſit reſeruatum ius legiti.hæredi. ut poſt
Soci.& Cacial.dicemus. j.poſt nu.926. uerſ.poteſt
tamen.Nou obſt.ꝙ in fideic.multi contrarium tenẽãt,
quia reſpon.ꝙ hæc eſt com. opin. & uera, ut not. j.
num. 1060. Supereſt nunc reſpondere ad adducta in
contrarium. Non obſt.ergo inductio.d.l.pen.à contra
rio ſenſu,quia ſupra reſponſum extitit. Nou obſt.in-
ductio.l.vel ſingulis.quia reſpon. ut. s.nu. 590. qui-
bus adde,quòd prædicta reſponſio eſt etiam de mente
D.Fab.ante num.67. Nou obſtat.l. Pater filiam.§.
926 fi.quia ſatis. s.de ea locuti ſumus. ✻ Non obſt.ꝙ in
ter.l.cum auus.frater grauati non excludat ſubſtitu
tum,quia reſpon.Caſtr.in.§.Caio.illud procedere, qñ
frater non eſt cohæres, aliàs uerò etiam ipſe cenſetur
poſitus in conditione ad excluſionem extranei, arg.l.
fi.C.de inſtit.& ſubſtit.& hanc opin. ſuſtentabilem
eſſe aſſerit Cacial.in.§.Cum autem. ut refert Socin.
in.l.cum auus.nu.94.in.6.q.ultra Bart. quibus ad-
de,ꝙ Alex.in.d.l.pen.col.4.uer.unde uidetur tranſi-
re cum hac reſponſione: cui etiam adſtipulari uidetur
Socin.in.l.Qui duos.col.2.uerſ.in glo.de reb.dub.ſed
quia hoc eſt falſum nõ ſolum in fideicõmiſſaria,ſed ẽt
in pupill.ut diximus. s.nu. 860.cum ſeq.ideo alia re
ſponſio datur per Alex.in.d.l.pen.col.4. uidelicet, ꝙ
in.d.l. cum auus.præſupponitur uerificatam eſſe ſub
ſtitutionẽ in totum, quia erat uni tñ facta, non ergo
mirum,ſi frater non excludit ſubſtitutum, hic uerò
erat facta pluribus,et non erat uerificata niſi in uno,
quo caſu,dum ſubſtitutus uult, ꝙ pluralitas reſolua-
tur in ſingular.reſpon.non poſſe reſolui, cum ſit diuer
ſa ratio inter partem quo ad partẽ ſuperſtite fratre,
et totum quo ad totum non ſuperſtite fratre, iux.not.
j.nu. 1062.quia teſtator ſubſtituendo extraneum,
cenſetur uelle,ꝙ ſubſtitutus non admittatur, niſi con
ditio uerificetur in utroque:& Alex.refert & ſequi-
tur Rui.in conſ. 124.col. 1.ad fin.uol. 3. & Rip.hic
poſt nu. 130. Sed aduerte primò,ꝙ in dictis Alex.eſt
,ut patet,per errorem dictio,non:ibi, non requiritur.
quæ dictio fortaſſe fuit in cauſa,quare Rip.re & uer
bo fateatur ſe nou bene percipere mentem Alex. &
forte etiam dictio illa fuit in cauſa,quare Rui.ubi. s.
alleget Alex.in ter.quando ſubſtitutus eſt de liberis,
pro reſponſione ad aliud argumentum,ut per eum,cũ
tamen ipſe Alex.loquatur,quando ſubſtitutus eſt ex-
traneus,& reſpondet argu. s.facto,ut. s.retuli,non
autem reſpon.arg.per Rui.ubi. s.facto. Secundò ad-
uerte,ꝙ Alex.ſolum tendit ad reſpondendum obiecto,
nou autem ad arguendum,prout putat Rip.ut per eũ,
& poterat Alexan.uno uerbo dicere, ꝙ in ter.l.cum
auus.frater uellet excludere ſubſtitutũ cõtra uel cer
te ꝑter uerborũ naturam, iuxt.not. s.poſt nu. 858.
ſecus in his ter.in quibus uerba ſunt ambigua, & in
dubio interpretatio fit contra ſubſtitutum, iuxt.not.
s.nu. 11.et maxime ad fauorem fratris coniuncti in
ſubſtitutione paſſiua. Sed circa prædictam differen-
tiam uide. s.nu. 856. Poteſt tamen ultra Alex. alio
modo ad obiectum reſponderi, uidelicet, aliud eſſe, ꝙ
frater,uel eius filÿ,excludant ſubſtitutum, tanquam
tacite poſiti in conditione reſpectu portionis patrui;
prout ſunt in portione patris,iux.l.Cum auus. & fa
temur ꝙ nou, & hoc modo procedit obiectum Fulgo.
aliud uerò eſt,ꝙ frater uel eius filÿ,tanquam perſonæ
prædilectæ ſubſtituto, impediant pluralitatem reſol-
ui in ſingul. cum conditio non fuerit plene uerificata,
& dicimus ꝙ ſic.ita reſpon.Soci. poſt Cacial. in.d.l.
Cum auus.nu. 94.in. 6.q.ultra Bar. relat. etiam. s.
nu. 859.& ibidem in uer.nou obſtat.reſpondimus ad
id,quod. s.dicebatur,coniecturam.d.l.Cum auus.eſſe
fundamentum huius materiæ. Inter prædicta autem
,ut ſubdit idem Soc.ubi. s.eſt differentia propter not.
j.nu. 954.Nou obſtat, ꝙ filÿ teſtatoris non exclu-
dant ſubſtitutum pupill.quia ad hoc reſpondet Saly.in
d.l.pen.col. 2.circa me.illud procedere,quando uni tã
tum ſit ſubſtitutio,ſecus ſi pluribus coniunctim, quia
tunc dicitur facta ultimo tantum.l. Qui duos. de uul.
& pupill.& diximus. s.nu. 586.addo ego, ꝙ etiã ſi
fieret pluribus,attamen ſubſtitutus pupill.non exclu
deretur à filio teſtatoris,ſi conditio eſſet plene uerifi-
cata,ſed quando plene non uerificatur, et ſubſtitutus
uult,ꝙ pluralitas reſoluatur in ſing. tunc bene filius
teſtatoris coniunctus in paſſiua ſubſtitutione non ſi-

nit pluralitatem reſolui in ſingul. prout aliâs reſolue
retur, eò quia tunc non militat eadem ratio in parte
quo ad partē &c. ut ſæpius dix. et faciunt not. j. nn.
1060. cum ſeq. Non obſt. ꝙ Bar. et Ang. in. d. l. pen. ui
deaņt uelle contrariū, qa circa hoc uide. j. nu. 1092.
927 ✱ Infertur pariter ſecundò ex diſtinct. facta. s. nu.
915. ꝙ ſubſtituto extraneo, ſi uerificetur conditio in
perſona ſecundi, attamē ſi ex primo poſt pubertatē de
functo, uel etiam ſi ante, iux. not. j. nu. 1014. ſuper
eſſent filij, ſubſtitutus in totum excluderetur, quia ſu-
pereſſet pſona quæ &c. ita Bar. Bal. et Saly. in. d. l. pe.
& eſt com. opin. ut fatetur Soci. hic num. 22. Et licet
Fulg. ibi & Imol. hic col. 4. contrarium teneant, quos
uidetur ſequi Soci. ubi. s. ſubdens, (ſed ſorte uitio im
preſſoris, aliâs. n. eſſet immediate ſibi contrarius) ꝙ
hęc opin. comm. tenetur, attamen non eſt recedendum
à prima opin. quia in caſu iſto nō militat eadem ratio
in parte quo ad partem, &c. cum ſuperſint filij ex pri
mo, & ſic perſona quæ &c. argumēto. l. Cum acutiſſi
mi. Non obſt. arg. Imol. quia reſpon. ut. s. num. 925.
& 926. Nec obſt. arg. Rip. hic num. 128. dicentis ho
ſce filios non eſſe perſonas, quæ &c. cum non ſint nec
inſtituti, nec poſiti in cōditione: & idem dicit poſt nu.
133. quod accepit à Soci. hic. Ad hoc. n. reſpondetur, ꝙ
immo ſunt in conditione poſiti, ut uidebimus. j. num.
1002. & uide etiam Torniel. num. 128. Non obſt. ut
dicit Soci. ꝙ neq; ēt ipſe frater ſupſtes excluderet ſub
ſtit. p. l. Pater filiā. §. ſi. ergo minus eius filij: quia ad
hoc reſpondetur, quòd immo frater excludit ſubſti-
tutum, ut not. s. in præcedenti illatione. Et hanc con-
cluſionem amplia, prout ampliauimus præcedentem
928 concluſionem. ✱ Infertur & tertiò, ꝙ ēt ſi ſubſt. eſſet
de liberis, et alter eorū in pup. ætate decederet, atta-
mē, ſi ex eo ſupereſſent filij, ſubſt. ad eius portionē nō
929 admitteretur, iux. not. j. num. 1014. ✱ Infertur et
quartò, ꝙ etiam ſi uterq; in pup. ætate decederet, at-
tamen ſi ex alterutro eorū ſupereſſēt filij, excluderēt
ſubſtitutum extraneum non ſolum à portione eorum
pr̄is, ſed etiā à portione alterius, ut dicemus. j. num.
930 1016. ✱ Inferē & quintò, ꝙ ſi ſubſtitutus ſit de li-
beris, tunc uerificata conditione ſiue in primo, ſiue in
ſecūdo, admittitur ſubſt. in portione uerificata, et plu
ralitas reſoluiē in ſingul. cū nō ſuperſit pſona q̄ &c.
et per conſequens eadem ſit ratio in parte quo ad par
tem &c. ita Saly. in. d. l. pen. col. 2. ubi etiam alij com.
et tenent etiam com. Doct. hic, ut per Ang. col. 2. ad ſi.
cum ſeq. Alex. hic col. 6. et in cōſ. 175. col. 4. uol. 5.
& Soci. (quando tamen non adeſt collectiua) hic nu.
20. & 23. Corn. in conſi. 283. col. ſi. in prin. uol. 1.
Rui. in conſi. 124. col. 1. uol. 3. Torniel. hic nu. 122.
qui etiam num. addit rationem, quia in paribus ter.
debet ſeruari natura ſubſtit. quæ eſt, ut pluralitas re-
ſoluatur in ſingul. poterat allegare Soci. in. §. Item ſi
pater. in prin. relat. j. num. 1096. adducit etiam, qa
ex quo teſtator ſubſtituit alium filium, & ſic fecit eū
hæredem fratris ſuum et neceſſariū, iux. §. Quos poſ-
ſum. cenſetur noluiſſe reſeruare ius legit. hære. quam
rationem ſumpſit ab Alex. hic col. 6. circa me. dum di
cit, ꝙ ſi teſtator uoluiſſet reſeruare ius legit. hære. nō
oportebat ſubſtituere parem in gradu. Sed ad hanc ra
tionem reſponderi poteſt, ꝙ ſubſtituit parem in gradu,
ſi uterque &c. non autem extante alio pari in gradu,
quia tunc reſultaret inæqualitas, quæ eſt fugiēda, iux.
not. s. num. 11. uer. ſecūdò. Magis ergo pro hac opin.
uidetur facere tex. noſter, ubi Claudia, quia erat de
liberis, admittitur, licet ſupereſſet nepos ex primo,
ſecundum com. intell. & not. j. num. 1038. ubi uide,
arguendo poſtea de fideic. de qua in hoc tex. ad pupill.
de qua agimus. ſecundò pro hac opin. facit, quia licet
pupill. tacita non admittatur contra matrem, ut not.
in. l. Precibus. attamen ſi ſit ſubſtitutus frater pupilli
utrinque coniunctus, qui ab inteſt. pariter cum matre
ſuccedit, iux. auct. Defuncto. tunc ſubſt. tacita admit-
titur etiam contra matrem, ita Bar. & alij, ut not. s.
poſt num. 78. ante uer. non obſt. & poſt num. 925. et
ita etiam Soci. in. l. 2. ante num. 32. de uulg. & pup.
illud infert ex hac noſtra concluſ. ✱ Immo facilius 931
pluralitas reſoluitur in ſingul. ꝗ tacita pup. admitta-
tur contra matrem, ſecundum Corn. in conſ. 276. col.
5. uol. 3. uide tamen circa hanc rationem not. j. num.
963. Et prædicta quidem concluſio indubitanter uide
tur procedere, ut dicit etiam Rip. hic num. 123. pro-
pe ſi. quando ſuperſtes non eſſet utrinque coniunctus,
ſubſtitutus uerò ſic, quia tunc ſubſtitutus haberet cau
ſam teſtati & inteſtati. accedant not. per Soci. in. d. l.
2. col. pen. num. 32. Contra tamen hanc com. opin. te
net Cum. & Imol. hic & Caſtr. in d. l. pen. col. 2. uer.
ultimò. & Alexā. hic col. 11. uer. ſed in contrarium.
quorum opin. (quando tamen adeſt dictio collectiua)
tenet ēt Soci. hic num. 20. & 23. & tenet etiam d.
Fab. hic poſt num. 37. idem tenet Torniel. (quando ta
men ſubſtitutus non eſſet etiam inſtitutus) nu. 122.
dum reſpondens Soci. ponderat, quòd in caſu huius
illat. ſubſtitutus fuerat etiam inſtitutus, & ſic niſi
fuiſſet etiam inſtitutus, uidetur admittere argumentū
contrarium: cui adde D. Fab. idem in fideic. tenentem
relat. j. poſt nu. 1038. Sed non recedas à com. opin.
per ſupradicta. Non. n. obſtat æqualitas conſiderata
à Soci. quia reſpondetur ut. s. num. 78. uer. ad ſecūdū.
Non obſtat, ꝙ etiam in caſu iſto militet ratio reſerua-
tionis legit. hære. & ſic ratio. d. l. pen. ſaltem pro di-
midia, quæ quidem fuit conſideratio Imol. hic col. 2.
poſt me. & col. pen. poſt me. quia ad hoc reſpondetur
ut. s. num. 81. uer. ad tertiam. Non obſtat, ꝙ in d. l.
pen. Imperator non curet de qualitate perſonę ſubſti-
tutæ, ſed de proprietate ſermonis: Quia reſpondetur,
ꝙ uerum quidem eſt in caſu illo attendi proprietatem
ſermonis, quia contra ſubſtitutum aderat mens teſta-
toris ſubſtituto extraneo, ut diximus etiā. s. nu. 115.
& propterea etiam ſi ſimpliciter facta eſſet ſubſtitu-
tio abſque collectiua, attamen idem eſſet, ut diximus
s. num. 922. uerum quando ſubſtitutus eſt alius fi-
lius teſtatoris, tunc attēdi debet qualitas perſonę ſub-
ſtitutæ ex coniecturata mente defuncti, quia quem to-
tum habere uoluit etc. nō aūt proprietas ſermonis, ut
dicit Iuriſc. hic, & ad prædicta allego not. per Alex.
in d. conſi. 175. col. 4. ad ſi. uol. 5. & Iaſ. in d. l. pen.
col. 3. & not. s. num. 914. Non obſtat ratio in con-
trarium adducta per Caſtr. uidelicet ꝙ. l. Cum auus.
habeat locum, etiam ſi ſubſtitutus ſit de liberis, adde,
& quidem in proximiori gradu, ut ponderat Soci. hic
relat. s. num. 852. Quia reſpondetur per Rui. in cōſ.
124. col. 1. ad ſi. uol. 3. & dū allegat Alex. uide not.
s. poſt num. 926. uer. ideo alia. & uide etiam. s. nu.

855.Non obſt.doct.Bar.in.l.Lucius.alleg.in materia
fideicommiſ.per D. Fab. & Alcia. ut.˙j˙. ante num.
1039.quæ etiam contra hanc concluſ. allegari poſ-
ſet,quia reſpon.ut dicemus in loco proxime allegato.
Non obſt.aliud argu.ad aliud tamen propoſitum, li-
cet ſub dubio, adductum per Soci. hic poſt num.23.
uer.ſed una.quod uidetur facere contra hanc illat. ut
dicit d. Fab.nu.46.quia reſpondetur ut.˙j˙.nu. 942.
Non obſt.ſi diceres,ꝙ hoc modo ſubſtitutio pupill. re
torqueretur in odium illius, cui fit, ſi per eam exclu-
deretur alter frater ſuperſtes: quia reſpon. ex not.˙ſ˙.
ante num.923.uer.nec obſtat,ꝙ hic ſit fauor filij. et
˙j˙.num.934. Non obſtat,ſi diceretur,ꝙ ſubſt. pupil.
dicitur facta ultimo tantum, ut late dix.˙ſ˙.nu.586.
& per conſequens ſubſt. non debet poſſe ſuccedere
primo. Ad hoc.n.reſpondetur,ut ibidem diximus, ꝙ
illud procedit, quando ſubſtitutus eſt extraneus, &
per conſequens ſuperſtes in totum eum excludit,ſecus
quando ſubſtitutus eſt alius filius teſtatoris, quo caſu
ſuperſtes non in totum eum ab inteſtato excluderet.
tunc enim non dicitur facta ultimo tantum, quia ceſ-
ſat ratio ibi alleg.prout ibi declarauimus,immo ratio
illa in his ter.retorquetur, quia cum cauſa teſtati &
inteſtati concurrere non poſſint, ſequitur, ꝙ cauſa
teſtati in totum præferri debet, qua tamen de re dixi-
mus late.˙ſ˙.nu.80.Non obſtat reſponſio ad hunc tex.
data per Soci.poſt num.20. dicentẽ, ꝙ in hoc tex. fi-
lius ex primo non erat ſimul inſtitutus,prout erat ſu-
perſtes in caſu,de quo agitur, neque mors filij ex pri-
mo in hoc tex.fuerat in conditione poſita, prout erat
mors ſuperſtitis in caſu,de quo agitur: quia reſponde
tur per Torniel.ut per eum hic nu.122. ſed quia eius
reſponſio patitur difficultatem, tum quia in dubio di-
cendum uidetur,ꝙ etiam in hoc tex. Claudia fuerit in
ſtituta,iux.not.˙ſ˙.num. 13. uer. non uidetur etiam
obſtare ꝙ filius.ſecundò,quia attenta ratione ſua ſe-
queretur, ꝙ ſi ſubſtitutus non eſſet etiam inſtitutus,
tunc procederet opin.Soci.& aliorum,ut.˙ſ˙.diximus:
cuius tamen contrarium præſupponit com. opin. in-
diſtincte loquens,& eius ratio.Ideo aliter ad reſpon-
ſionẽ Soci.replicari poteſt,ꝙ licet in tex. noſtro filius
ex primo non eſſet inſtitutus,erat tamen poſitus in cõ
dit.quod quidem ſufficit ad hoc,ut dicat̃ perſona q̃ etc.
ut not.˙j˙.poſt nu.1076.Ad illud autem, ꝙ eius mors
non eſſet poſita in conditione,reſpondetur,ꝙ immo ſi-
cut in caſu, de quo agitur, mors coniuncti in pupill.
ſubſt.eſt poſita in conditione reſpectu portionis ſuę,
ita etiam in hoc tex. nõ naſci filiũ ex primo, uel mori
ante patrem,erat poſitum in conditione quo ad por-
tionem patris ſui. modo ſic: qua ratione in hoc tex.
licet conditio filij ex primo defecerit, attamen ex men
te teſtatoris ſubſtitutus de liberis admittitur ad por-
tionem ſecundi,in quo uerificatã eſt cõditio, ergo etiã
in caſu,de quo agitur, ſubſtitutus de liberis debet ad-
mitti ad portionem illius,in quo uerificata eſt cõditio,
licet in altero conditio deficiat. Non obſtat, prout di-
cebat Rip.ubi.˙ſ˙.ꝙ in hoc tex. conditio euenerit in pſo
na ultimi,in hac uerò illat.tenemus idem eſſe, etiam ſi
euenerit in perſona primi, quæ uidentur diuerſa, &
per conſequens &c.l.Papin.exuli. quia reſpondetur,
ꝙ in ter.huius illat.eadem eſt ratio in utroq; caſu.Nã
etiam ꝙ conditio eueniat in perſona primi, attamen
non propterea ſupereſt perſona quæ &c. probatur,
quia licet in hoc tex.cõditio euenerit in pſona ultimi,
aderat tamen idem dubium,quod in hac illat. propter
filium ex primo, qui erat perſona,quæ ex præſumpta
mente teſtatoris excluſiſſet Claudiam, niſi illa fuiſſet
de liberis: ſed,quia erat de liberis,fuit admiſſa. Pari-
ter ergo in caſu iſto ſubſtitutus de liberis debet ad-
mitti etiam ad portionem primi,licet, niſi eſſet de libe
ris,non admitteretur, quia ſupereſſet pſona quæ &c.
& ita differentiam illam ſimpliciter intellectam inter
portionem primi,et ſecundi,tollit Corne.in cõſ.283.
col.pen.uol.1.& Iaſ. in d.l.pen. col.3.& not.˙ſ˙.nu.
845.Nõ obſt.ut dicebat Rip.ubi.˙ſ˙.ꝙ in hoc tex.aga
tur de fideicommiſſaria,in qua ceſſat ratio conſeruan-
darum legit.hære.ſecus in pupill. in qua cenſetur re-
ſeruatum ius legit.hęre.iux.not.per Soci.hic ante nu.
14.uer.circa primam.Ad hoc.n.reſpondetur, ꝙ etiã
in fideicommiſſaria habetur ratio conſeruandarum le-
git.hære.ut late dix.˙ſ˙.num. 832. uer. ueruntamen.
Non obſt. alia reſponſio ad hunc tex. data per Cum.
dicentem,non eſſe peccatum mortale,dicere, ꝙ in hoc
tex.filius ex primo prædeceſſerat ſecundo:quia ad hoc
reſpon.ut.˙ſ˙.num.190.Non obſt.alia reſponſio,ſi di-
ceres,ꝙ ideo in hoc tex.admittitur ſubſtitutus propter
reciprocam præcedentem:quia reſpondetur, ut.˙ſ˙.nu.
828.uer. ueruntamen. ✻ Amplia prædictam com. 932
opin.etiam ꝙ adſit dictio collectiua,quicquid dicat So-
ci.cuius argumentis.˙ſ˙.reſponſum extitit.✻ Amplia ſe 933
cundò,etiam ꝙ ſubſtitutus non eſſet inſtitutus, quic-
quid contrarium teneant.d.Fab.& Torniel. ut.˙ſ˙.re-
tulimus, quia immo com.opin.indiſtincte loquens, &
eius ratio,contrarium inferunt,non obſtantibus in cõ
trarium adductis, quibus ex prædictis patet reſpõſio.
✻ Vltimò non omitto,ꝙ utilitas eſt tenere prædictam 934
com.opin.primò quia intereſt defuncti, cæteris pari-
bus, potius habere hæredem ex teſtamento, quàm ab
inteſtato,iux.not.in ter.˙ſ˙.num.532. ſecundò et for
tius, quia aliàs, ſi mortuo primo decederent poſtea
& ſubſtitutus, & coniunctus ante aditam hæreditatẽ
iſtius pupilli primò defuncti, non tranſmitteretur ius
adeundi ab inteſtato ad hæredes ne ad fratres quidem
l.Quoniam ſororem.C.de iur.delib.& ut per Soci. in
d.l.Qui duos.col.3.in prin.de reb.dub.licet Ang.in.l.
P.Antonius.de acquir.hære.dicat,ꝙ hoc fallit in hære
ditate pupil.Sed reprobat̃ per Io.de Imo. de quo tñ.˙j˙.
nu.949. niſi impuberes ſimul moriantur,quo caſu fit
tranſmiſſio ad ſubſtitutum pupill. ſecundum Ang. &
Imol.in.l.Qui duos.de uulg.& pup.de quo per Soci.in
d.l.Qui duos. in 6. lect. de reb.dub. & uide Alex. hic
col.14.ad fi. ✻ Cæterum ſi portio defuncti pertineat 935
ad ſubſtitutum pupil. tunc eius hæreditas etiam non
adita per ſubſtitutum tranſmitteretur, quia frater
ſubſtitutus pupillo bene trãſmittit ad quoſcunq;, cum
ſit ſuus hæres & neceſſarius fratri,uulg.§.Quos poſ-
ſum. Bar.in.l.2.in.5.effect. pupil. ſubſtit.de uulg.&
pup.licet Iaſ.in.l.Qui ſe patris. teneat non eſſe ſuum
ſed tantum neceſſarium,qua de re uide etiam Aret.in
d.§.Quos poſſum. & ubi proxime dicam. immo licet
filio ſit conceſſum à Prætore beneficiũ abſtinendi,fra-
tri tñ non, ut per Aret. contra Bar.in.l.Pupillus.col.
2.uer.unde ualde miratus ſum.de acq.hære.de quo.˙ſ˙.
poſt num. 292. ✻ Et prædicta concluſ. ampliatur, 936

etiam ſi teſtator dediſſet licentiam repudiandi hæredi
tatem propriam dando ſubſtitutum uulg. uel cohære-
dem extraneum. licet .n. tunc tollatur ſuitas reſpectu
ipſius teſtatoris, quod qualiter procedat, declaratur
in .l. Si filius hæres. de uulg & pup. & per Bar. in .l.
Si mater. §. fi. de uulg. & pup. attamē non tollit̄ reſpe
ctu fratris, quin, ſi eſt ſubſtitutus fratri, tranſmittat
hæreditatem fratris non aditam, ut per Doct. in d. §.
Quos poſſum. & not. Rui. in cōſ. 91. col. 2. in fi. uol.
937 2. de quo tamen uide Rip. in d. l. 2. col. 18. ✻ Secundò
ampliatur, ut procedat etiam in fœmina ſubſtituta
pupil. fratri ſuo, licet. d. fœmina eſſet à ſtatuto ab in-
teſtato excluſa, cui tamen ſtatutum uel teſtator legi-
timam reſeruaſſet, ut per Alex. in conſi. 131. uol. 1.
ſequitur Iaſ. in conſi. 203. col. pen. uol. 1. & in .l. Si
emancipati. col. antep. C. de collat. & in .l. Si arroga
tor. col. 9. de adopt. & in .l. Qui ſe pr̄is. col. 9. C. unde
lib. & in .l. Si quis poſthumos. §. 1. col. 3. de lib. &
poſt. de quo tamen ultimo per Alcia. in .l. Ventre. nu.
22. quibus adde omnino Soci. in .l. Si filius qui patri.
col. 8. de uulg. & pup. ſed quia hoc egeret longiore in
dagine, ideo uide Bru. in tract. huius ſtat. in 10. art.
q. 3. in 4. & 5. limit. & in. 9. art. quæſt. 9. circa me.
938 ✻ Sed his omiſſis redeūdo ad illationem, de qua ſ. ex
ea ſequitur limit. ad .l. Vel ſingulis., in ſecūdo reſpon
ſo, ut non procedat, quando alius frater eſſet ſubſtitu
939 tus, ut not. Alex. hic col. 8. ✻ Sequitur etiā, ꝙ tex. in
.l. Qui duos. in ſecundo reſponſo, de uulg. & pup. &
in .l. Pater filiam. §. fi. ad .l. falc. non habeat locum, qn̄
ſubſtitutus eſſet de liberis, & per cōſequens, ꝙ etiam
in pupill. quando ſubſtitutus eſt de liberis, fieret hære
940 ditatum contributio. ✻ Ex quo aliud etiam ſequitur,
ꝙ ſubſtitutus de liberis eſſet in hoc ultimo deterioris
conditionis, quàm extraneus, quod non inconuenit,
ut per Soci. in .l. 2. col. fi. de uulg. & pup. & ratio eſt,
quia hæc deterior conditio conſecutiua eſt fauoris, ꝙ
ſubſtitutus ſtatim defuncto primo admittatur ad eius
hæreditatem, non obſtante ſuperſtite, & ſic ſucce-
dit dictum Bal. in .l. Quod fauore. et uide Soci. in .l. Cū
auus. col. 7. & ſ. ante num. 923. uer. nec obſtat, ꝙ
hoc ſit fauor filij. ✻ Infertur & ſextò ex principali
941 cōcl. ſ. facta in hac materia, ꝙ in pupill. ſubſtit. plu-
ralitas reſoluitur in ſingul. qn̄ ſubſtitutus eſt de libe-
ris, licet ſupereſſent filij alterius prædefuncti. licet .n.
cenſeantur poſiti in condit. ut cōtra ſoci. & Rip. di-
cemus. j. poſt num. 1014. attamen ſi ſubſtitutus de
liberis admittitur excluſo alio fratre ſuperſtite, mul-
to magis admitti debet excluſis filijs alterius præde-
functi. ita Soci. hic num. 23. & licet contra hanc
illat. teneat d. Fab. num. 46. attamen ab ea non rece-
das. Non .n. obſtat, ꝙ ſicut ſubſtitutus excluditur à fra
tre ſuperſtite, ita etiam excludi debeat ab eius filiis,
qui in locum patris ſuccedunt, ut per eum accipientē
à Soci. hic num. 23. qui, iudicio meo, aliqualiter cor-
ruptus habetur. dum .n. dicit, ita hic liberi unius fra-
tris non admittūtur, uult dicere, ita hic frater nō ad-
mittitur. quia ad hoc reſpond. ipſemet Soci. aſſignan
do rationem differentiæ, ut per eum. ſed quia reſpon-
ſio illa fuit reprobata. ſ. ante num. 932. uer. non ob
ſtat reſponſio. ideo melius reſpon. falſum eſſe, ꝙ ſub-
ſtitutus excludatur à fratre ſuperſtite, ut uidimus in
præcedenti illatione, & propterea argumentum iſtud
retorquetur, ut proxime dicebamus, prout etiā prius
arguit ipſemet Soci. Nec omitto, dum d. Fab. ut. ſ.
& Torn. num. 128. dicunt, filios ſuccedentes in locū
patris, debere excludere ſubſt. prout excluderet ipſe
pater, ſi uiueret, ꝙ hæc conſeq. non eſt bona, quia li-
cet alius filius teſtatoris non coniunctus in ſubſtitu-
tione ſit in pari gradu cum coniuncto ſuperſtite, &
cum filijs poſitis in condit. attamē iſti excludēt ſubſt.
extraneum, ille uerò non, ut not. j. nu. 1075. non .n.
ſufficit, ꝙ excludēs ſit in pari, uel etiam in potiori gra
du, ſed requiritur, ꝙ ſit coniunctus in ſubſt. paſſiua,
uel in condit. poſitus, ut ibi. ✻ Non obſt. alia ratio in
contrarium adducta per Soci. & à d. Fab. ubi. ſ. ad-
miſſa, uidelicet ꝙ teſtator ideo ſubſtituerit pupillari-
ter, quia noluit nepotibus præiudicare, & ideo etiam
ſi ſubſtituatur alius filius teſtatoris, attamen deceden
te primo pubere, qui poterat habere filios, cenſendū
non eſt teſtatorem noluiſſe hoc caſu ſubſtituere. cui ad
de Bar. in .l. 2. col. 2. uer. quid dicemus. de uulg. et pup.
ubi ꝙ patri conceſſum eſt teſtari pro pupillo, quia in
ea ætate generare non poteſt, & ſic nepotibus non
præiudicatur, inferens propterea, ꝙ pupillaris fieri
non poteſt puberi uſque ad 25. annos, licet uſque ad
eam ætatem ſtatutum prohiberet aliquem teſtari.
Ad hanc .n. ſoci. conſiderationem reſpōdetur, eam ni-
hil aliud inferre, niſi ꝙ filij filiorum debent tacite cen
ſeri poſiti in conditione etiam in pupillari ſubſtitutio-
ne, & ſic ſolum infertur reſponſio ad id, quod ipſe So
ci. ſ. proxime negauerat, & ita etiā nos tenemus. j.
num. 1002. Quod quidem attenditur, quando ſubſt.
eſt extraneus, ut not. ſ. num. 929. tunc .n. ſupereſt
perſona quæ &c. iux. not. j. num. 1060. Sed quando
ſubſtitutus eſt de liberis teſtatoris, tunc non attendit̄,
quia dato, ꝙ filij non ſolū tacite ſint poſiti in condit.
ſed etiam ſi eſſent expreſſe poſiti in cōdit. non tn̄ ex-
cluderent ſubſtitutū de liberis à portione alterius: im
mo ne ipſe quidem coniunctus & de liberis excludit
ſubſtitutum de liberis, ut not. ſ. num. 930. Aliud eſt,
ſi uolumus, ꝙ filij fratris magis excludant ſubſtitutū,
quàm ipſe frater, contra omnem rationem, & contra
ipſummet ſoci. hic num. 23. uer. & iſta concluſio de
plano. Fateor ergo, ꝙ teſtator non ſubſtituiſſet etiam
fratrem illi, qui deceſſit cum filijs, ne illis p̄iudicaret
in portione patris: ſed quin ſubſtituiſſet alteri ſine fi-
lijs decedenti, hoc quidem ex. d. ratione non infertur,
ut patet ex not. per ipſum Soci. hic ante nu. 21. dum
reſpon. ad .l. Generaliter. Præterea teſtator ideo ſub-
ſtituit pupill. ut ſibi poſt pubertatem relinqueret fa-
cultatem teſtandi, eumq; relinqueret, ut alibi ſacra
dicit ſcriptura, in manu arbitrii ſui, cum antea te-
ſtari non poſſet, propter quod inuenta fuit pupil. ſub-
ſtit. Inſti. de pub. ſubſtit. in prin. & .l. 2. in prin. eo.
tit. non autem, ut dicit Soci. ne filijs, qui poſt eam æta
tem generari poſſent, præiudicaretur. hac .n. ratione
attenta ſequeretur, ꝙ in pupill. ſubſt. deberet ſolum
attendi, an ſuperſint liberi, uel ne, non autem, an illi,
quibus eſt facta ſubſtitutio, decedant in pupil. ætate,
uel ne, cum præſertim aliquando etiam pup. generet
filios, iux. not. j. num. 994. prout ſignanter contra
Bar. ſ. alleg. dicebat Alex. in. d. l. 2. col. 3. in prin. de
quo tn̄ uide Polit. in tract. ſubſtit. char. 30. in prin.
& ad prædicta bene faciunt not. per Fulg. quem re-

fert & ſequitur Soci.iun:relat.ſ.num.8.Ad hęc,fru
ſtra fieret mentio pupill.ætatis, quando etiam poſt il-
lam ætatem nepotibus naſcituris non prę iudicet,iux.
943 l.Cum auus. ✠ Infertur etiam ſeptimò, ꝙ etiam ſi
ſubſtitutus eſſet extraneus , ſi tamen uerificaretur cō
ditio in perſona ultimi decedentis, admitteretur ſub-
ſtitutus in eius portione , & pluralitas reſolueretur
in ſingul.& iſta illatio eſt clara,ſecundum com.opin.
in.d.l.pen.& hic, ut per ſoci.hic num. 21.ſubdētem
ita tenere omnes Doc.quos uidit,& per D.Fab. ante
num. 37.uer.reperio . & eſt,ſecundū com. ſolut. ad
d.l.pen.ut not.ſ.num.844.cum ſeq. & idem in fi-
deicommiſſ. tenetur , ut not.j.poſt num. 1057. &
probatur clare,primò per hunc tex. & eius rationē,
ut not.Imol.hic col.pen.prope fi.uer.ſi uerò exiſtat.
Secundò probatur,quia ſubſtitutio facta de extraneo
pluribus pupillis,dr facta ultimo , ut.ſ.uidimus nu.
586.et cū ſeq.et ibi dictis nu.589.adde,ꝙ dū Torn.
in cōtrariū pōderat Bar.hic,poterat ēt allegare Bar.
in.l.Lucius. in prima.q.de uulg. & pup. ſed reſp. ut
not.ſ.poſt num.880.Si ergo uerificatur in ultimo,
debet proculdubio admitti ſubſtitutus in eius por-
tione,licet in altero non fuerit uerificata . Tertiò pro
batur ſecundum Rip.hic num.127.quia ſi ſuperſtes
repudians non excludit ſubſtitutum,ſecundum com.
opin.ut.j.uidebimus num. 984.multo ergo minus
iam mortuus debet excludere ſubſtitutū:loquimur.n.
hic de portione ultimi. Et hanc concluſ.ſatetur etiam
Soci.hic num.21.quando ſubſtitutio facta eſt per uer
ba ſimplicia,eamq́ue ſatetur,etiam ſi ſit facta per col
944 lectiuam,dummodo ſit facta in tota. ✠ Verum diffi-
cultas eſt,quando facta eſt per collectiuam abſque di
ſtione , tota . contrarium.n.uidetur tenere Soci. hic
tum num.21.tum etiam num.29. Mouetur,quia tex.
in.d.l.pen. requirens utrunq; decedere in pupil. æta-
945 te,generaliter loquitē,✠ ergo generaliter debet intelli
gi,etiam quòd in uno eſſet maior ratio, quàm in alio,
ut ſæpe dicit Dec.ꝑ.l.1.§.Quod autem.de aleator.con
tra quem tamen uide Soci. in.§. Item ſi pater.col.1.
946 de reb.dub.✠ Sed ꝑ Deci.facit, quia in materia extē
ſionis fit extenſio,etiam ꝙ in caſu, ad quem fit , non
ſit omnino tanta ratio,quanta in caſu,à quo fit,ſecū-
dum Soci.in.l.2.§.Ex his.in prin.de uerb.oblig.ſequi
tur Alcia.in primo lib.de uerb.ſign. pag. 14. octauę
formę.ſed redeūdo ad ꝓpoſitū,adde,ꝙ tex.ibi non ſor
mat quæſtionē,an primo decedente in pupil.admitta-
tur ſubſtitutus, ſed an alterutro,quod ualet,ſiue pri-
mo,ſiue ſecundo:& tamen reſpond.ibi,ꝙ non,ſed re-
quiri , quòd uterque &c. & ideo dicebat Iaſ. ibi in
4.not.in fi.quòd differentia inceptionis à primo , uel
a ſecundo , quam tradunt com. Doct.eſt uerbalis.cui
adde not.j.num.845.Præterea dicit ſoci. cum ſub-
ſtitutio dicatur facta ultimo:itātum,ſub conditione, ſi
uterque,quomodo non uerificata conditione in primo
admitti poteſt ſubſtitutus?contra not.j.nu. 1301.
Facit etiam pro hac opin. quia ad eſſe ſubſtitutionis
pupil.factæ uni, non eſt neceſſe, ꝙ ambo decedant in
pupill.ſed ſic eſt,ꝙ, quando exprimitur unus caſus in
diuiduus contentus ſub aliquo capite alicuius ſubſti-
tutionis,tunc non fit extenſio ad caſum ſimilem , ut
per Ang.in.l.Quādiu.ſecunda, in fi. de uulg.& pup.
cum alijs alleg.ſ.num. 270. ergo &c. Et hoc argu-
mentum adducit Corne.in conſi. 276.col.4.in prin.
uol.3. Nec obſtare uidetur tex. noſter , quia in caſu
iſto ceſſat ratio huius tex.uidelicet,quia quē totū etc.
nam licet mortuo utroq; in pupil. ſubſtitutus omnino
ſit habiturus totum,attamen non dicitur habere totū
ex uoluntate teſtatoris, neque dicitur ſubſtitutus pri
mo, ſed ſolum ultimo , ut late diximus.ſ.num.586.
Et licet hæreditas primi reperiatur in hæreditate ſe-
cundi,non tamen illud eſt ex tacita diſpoſitione teſta
toris, ſed legis. probatur, quia quādo portio non gra
uata accedit grauatæ ex diſpoſitione teſtatoris , tunc
fit contributio hæreditatum,ut dicit Soci.ad quod po-
terat allegare.l. Quòd ſi alterutro.ad.l.falc. diximus
ſ.num.504. conſequens autem eſt falſum.d.l.Qui
duos.§.1.de uulg.& pup.& d.l.Pater filiam.§.fi.er-
go dicitur peruenire ex diſpoſitione legis,quo caſu nō
fit contributio , iux.not. ſ.num. 508.uer. & ratio.
& ad hanc rationem Soci. adde Alexā . ita dicentem
in.l.Qui fundum.§.fi.col.pen.uer.itē adde.ad.l.falc.
Et hac ratione utitur etiam idem Soci. in.l.Qui duos.
col.5.in 6.lect.de reb.dub.& ſumpſit , licet non di-
cat,à Caſtr.in d.l.Pater filiam.§.fi.col.fi.& hāc ean
dem rationem adducebat etiam Iaſ.nullam de prædi-
ctis mētionem faciens,in d.l.Qui duos.col.fi. de uulg.
Secundò aduerte, ꝙ non ſine miniſterio Iuriſc. ibi ponderat Soſiam quoque ſubſtitutum. Proculo prædeceſſiſſe teſtatori, quia ſi ſuperuixiſſet, utique ipſe ſine cõtrouerſia alijs prælatus fuiſſet, cum ſubſtitutus pluribus ſeparatim præferatur coniuncto, ut uidimus. ſ. nu. 884. Deueniendo ergo ad deciſ. illius tex. uidebatur prima facie dicendum, quòd ultimo loco ſubſtituti admittendi eſſent. cum conditio, ſub qua uocati erant, uerificata fuiſſet, ut dicunt Rip. hic poſt num. 106. & D. Fab. num. 83. allegando etiam Aretin. in d. l. Quidam teſtamento. Nam cum illi ultimo loco ſubſtituti, uocati eſſent ſub conditione, ſi neque Florus, neque Soſia, hæredes eſſent, & in caſu illo, neque Florus neque Soſia hæredes fuerint, hic, quia prædeceſſit teſtatori, ille, quia Quietus adiuit hæreditatem, & ſic deficit conditio, ſub qua uocatus erat, ergo uidebatur hos ultimos ſubſtitutos debere admitti. & eò magis, quia ſi in hoc tex. ubi uerificata fuerat conditio ſolũ in uno, admittitur ſubſtitutus ad eius portionem, multo magis illi in caſu illo admitti deberent, uerificata conditione in perſona amborum, quibus facta fuerat ſubſtitutio: quibus addo Socin. in l. 1. poſt nu. 51. col. 4. poſt prin. uer. uel etiam dicamus. de uulg. & pupill. quem ſolùm refert & ſequitur Polit. in tract. de ſubſtit. char. 15. col. 1. prope fi. addo etiam Corn. in d. l. pen. col. 5. ante me. uer. uel ſecundo. & Caſtr. ibi col. 1. ſed ante hos omnes Bart. in l. re coniuncti. in 3. q. ſecundæ. q. prin. Et ex hac argumentatione inferebat Torni. poſt nu. 149. ꝙ cum ex proprietate uerborum admitti deberent illi ultimo loco ſubſtituti, haberi nõ deberet ratio iuris accreſcendi, quia ſubſtitutus præfertur coniuncto, quando ſubſtitutio ſeparatim eſt facta, ut. ſ. diximus: adde, & maxime quando conditio plene uerificata fuit. Secundò pro illis ultimo loco ſubſtitutis facere uidebatur, ſecundum D. Fab. num. 83. quia illi erant ſeparatim uocati, uidelicet, Colonia in locum Flori ſubſtituti Quieto, qui adijt hæreditatem, illi uerò plures in locum Soſiæ ſubſtituti Proculo, ut patet, quia Colonia illa ſignãter uocata fuerat in tribus quartis, prout etiã inſtitutus fuerat Quietus, illi uerò plures uocati fuerãt in reſiduo, prout & inſtitutus fuerat Proculus. Cũ ergo uacaret portio Proculi, uidebatur, ꝙ illi plures admitti deberent deficiẽte primo eius ſubſtituto, iuxt. l. cohæredi. & l. ſi Titius. de uulg. & pupill. & §. ſed ſi inſtituto. Inſtitut. de uulg. ſubſtitutione. Nec uidebatur obſtare, quòd in ſubſtitutione diſtributa fuiſſet tota hæreditas, quia reſpondetur, ꝙ etiam in tex. noſtro ſubſtitutio facta fuerat in tota hæreditate, & tamen pluralitas reſoluitur in ſingul. & admittitur Claudia in portione, in qua uerificata fuit cõditio: multo ergo magis in hoc caſu, in quo ut. ſ. diximus, uerificata fuit conditio in utroque. His tamen non obſtantibus contrarium decidit text. ille, uidelicet, ꝙ Quietus cohæres Proculi admittatur excluſis ultimo loco ſubſtitutis. Sed pulchrum eſt uidere rationem illius text. & quidem Bart. in l. re coniuncti. in tertia quæſtionis principalis. dicit illud eſſe ex præſumpta mente teſtatoris, nec aliud dicit; in dicta uerò l. Quidam teſtamento Proculum. dicit rationem illius text. eſſe, quia ſubſtitutio illa facta fuerat in tota hæreditate, prout dicemus infra poſt num. 1046. ante uerſi. ex prædictis. Alij dicebant, quòd illa lex loquitur in uulgari ſubſtitutione facta pluribus in eadem oratione, ut in caſu illo, in quo dictum fuerat, ſi neq; Florus neque Soſia hæredes eſſent, quo caſu pluralitas non reſoluitur in ſingul. ut diximus ſ. num. 893. ſed neque etiam hæc ratio ſatisfacit, quia illa regula loquitur, quando alter coniunctus poteſt portionem uacantem conſequi, illius enim fauore illud decidit. at hic Florus coniunctus non poterat conſequi portionem uacantem, ergo &c. & ſi diceretur, aderat Quietus, qui eam conſequi poterat, uidetur poſſe reſponderi, ꝙ dictũ nõ fuerat, ſi neq; Quietus neq; Proculus hæredes eſſet, ſed, ſi neq; Florus neq; Soſia. Quare D. Fab. poſt nu. 83. uer. tñ, dicebat, illud ibi ideo eſſe, quia illi plures inſtituti in plures uncias, ꝙ tres, capere debebãt de portione aſſignata Coloniæ, ꝗ ſubſtituta fuerat in nouẽ. ſed ſic eſt, ꝙ Colonia admitti non potuit ſtãte aditione Quieti, cui ſubſtituta fuerat mediante Floro, ergo uacante ſolum portione Proculi, illi plures admitti non poſſunt. Ex quo infert, ꝙ ſi econtra, Quietus & Florus prædeceſſiſſent teſtatori, admiſſa fuiſſet Colonia, non autem Proculus cohæres. Adde, ꝙ eandem rationem uoluit in effectu Socin. hic, quem impugnat Torniel. num. 149. ut per eum, cui accedo. neſcio enim ad quem finem iſti ponderent exceſſum fuiſſe aſſem, quandoquidem talis exceſſus nihil plus tribuat illis pluribus ultimo loco ſubſtitutis, quàm ſi non fuiſſet exceſſus. nam conſideratio ſua procederet, ſi Colonia fuiſſet ſignanter ſubſtituta in nouem uncijs, quia tunc diuidendo poſtea hæreditatem in quindecim, ut uult Soci. illi plures haberent ſex, & ſic duas quintas partes, Colonia uerò haberet nouem, & ſic tres alias quintas partes tantum, ut dicit Socin. ſed iudicio meo æquiuocat, quia Colonia non fuit ſubſtituta ſignanter in nouem uncijs, uel in tribus quintis, ut ipſe putat, ſed in tribus quartis hæreditatis, illi uerò plures in alia quarta. quo fit, ut in quotcunque uncias diuidatur hæreditas, iſti plures nihil plus uel minus conſequantur, cum omnino illa Colonia uelit tres quartas totius hæreditatis: & ſic ſi diuidatur in duodecim, erit contenta de nouem, ſi in quindecim, ut uult Socin. tunc uolet undecim & unum quartum alterius unciæ: ſi uerò transſeatur ad dipondium, ut uult D. Fab. tunc uolet decemocto, licet uerò plures illi hoc modo habeant ſex, tamen tantum ualebunt illæ tres aſſis, quantum ſex dipõdij. l. ex uncijs. ſ. de hæred. inſtit. quia, ut dixi, omnino illa Colonia debet habere tres quartas totius hæreditatis, illi uerò plures aliam tantum quartam. Sic ergo licet uacaret ſola portio Proculi, attamen ſi uerum eſſet, quod dicit D. Fab. ꝙ Proculo intelligerentur ſubſtituti ſolũ illi plures, quid intererat ſua, ꝙ nõ uacaret tota hæreditas? cum omnino tantũdem ualuiſſent tres unciæ aſſis, quantum ſex dipondij, uel tres & tres quarti de quindecim. præterea ego non admitto, ꝙ ſoli illi plures eſſent ſubſtituti Proculo. atqui puto dubium fuiſſe, tam an admitteretur Colonia pro rata ſua, ad eam portionem Proculi uacantem, quàm an admitterentur illi plures, ut patet ex textu generaliter loquente: & ita declarat etiam Caſtren. ibi paulò poſt princip. & puto etiam, quòd idem pariter quæſitum & deciſum fuiſſet de portione Quieti, ſi in eo caſus ille eueniſſet, quicquid dicat D. Fab. Nec obſtat, quòd

text. uideatur ponderare, exceſſum fuiſſe aſſem, & ſuper hoc deciſionem ſuam fundare, prout etiam dicit Rip. in. l. re coniuncti. ante nu. 129. & per conſequens, quòd cum illi plures deberent habere plures tribus uncijs, neceſſe erat, ut dicit D. Fab. quod haberent de parte aſſignata Coloniæ, quæ hoc modo non poteſt habere tres quartas integras. Ad hoc enim reſpondetur, in tex. illo ſubaudiri debere dictionem, maxime, & hoc patet dum dicit, euidenter &c. quaſi ꝙ etiam ſine illa ratione idem fuiſſet: ſed ſtante illa ratione, euidens poſtea redditur illa deciſio: & ita poſt Imol. hic dicebat reſponderi poſſe Alex. hic col. 9. prope fin. & in. d. l. pen. col. antepenul. ubi etiam Corn. col. 5. ante med. uer. non obſtat. & uide etiam. j. poſt nu. 1040. uerſi. ex prædictis. Ego itaque puto rationem illius tex. eſſe, quia ibi conſtabat, teſtatorem noluiſſe ſecundam illam ſubſtitutionem facere, niſi in caſu quo tota hæreditas uacaret. hoc autem probatur primò ſecundum Angel. Caſtr. & D. Fab. quia teſtator in ſecunda ſubſtitutione exceſſerat aſſem: ſuper hoc tamen me non fundo propter præd. Secundò ergo hoc patet, quia dicendo, ſi neque Florus, neque Soſia hæredes eſſent, perinde eſt, ac ſi diceret, ſi neque Quietus, neque Proculus, hæredes eſſent, ut paulò. j. dicemus. Tertiò hoc patet, quia licet Florus non eſſet ſubſtitutus Proculo, ſed Florus & Soſia eſſent ſeparatim ſubſtituti, hic Proculo, ille Quieto, attamẽ cum ſecunda ſubſtitutio eſſet ſolum facta in caſu, quo neque Florus neq; Soſia hæredes eſſent, quia copulatiuè dixit, ſi neque Florus neque Soſia, ergo niſi hęc conditio adiecta uulg. ſubſtit. pluribus in eadem oratione factæ, in totum uerificetur, ſubſtitutus excluditur, nec pluralitas reſoluitur in ſingul. ut not. ſ. num. 893. ꝙ autẽ conditio non fuerit in totum uerificata, paulò. j. oſtendetur: & animaduerto ꝙ hanc rationem ſenſit & Imol. hic col. 4. ad fi. & Alex. in. d. conſi. 91. col. 7. in princ. uol. 1. & Socin. in conſi. 94. col. pen. ad fin. uol. 4. Adde, ꝙ, ſi Florum ſubſtitutum Quieto prætulit illis ultimis ſubſtitutis, quos non uocauit, niſi in caſu, quo Florus excluderetur, multo magis cenſeri debet prælatus ipſe Quietus, arg. l. publius. §. 1. de cõd. & dem. & . l. 1. C. de impub. & . §. Qui diſcretas. Non obſtãt ergo rationes dubitandi: nam ad primam, uidelicet, ꝙ conditio ſecunda ſubſtit. eſſet in totum uerificata, reſpondetur, ꝙ ſi hoc eſſet uerum, ſubſtituti illi admitti debuiſſent ad totam hæreditatem, et ſic etiam ad portionem Quieti, quod profectò eſſet abſurdũ. Dico ergo, ꝙ non eſt uerum, uerificatam eſſe conditionem, ſub qua uocati erant: quandoquidem conditio illa, ſi Florus hæres non erit, non intelligitur, (ut iſti dicebant) ſi hęres non ſit propter aditionem Quieti, ſequeretur enim abſurdum, quod proxime dicebam, ſed intelligitur præſuppoſito, quòd Quietus non adeat, & ſic quòd eueniat caſus primæ ſubſtit. tunc enim teſtator uoluit poſtea prouidere, ſi Florus nollet, uel non poſſet acceptare dictam portionem Quieti uacantem, bene faciunt not. per Bar. in. l. Lucius. col. 4. de uulga. & pupill. ubi ꝙ uulg. non conuenit exhæredato, quod
1040 nota contra not. ſ. nu. 57. * Et ſemper ſecunda ſubſtitutio cenſetur facta in caſu, quo prima uerificetur, aliâs deficiente prima deficit etiam ſecunda, iux. l. ſi mater. §. 1. & ibi glo. de uulga. & pupill. & ita Angel. ſummat. d. l. Quidam teſtamento. in primo ſumm. Hinc dicimus, quòd quando uulgaris fit ſuper alia uulgari, ut in caſu iſto, requiritur ad uerificationem ſecundę, quòd nec inſtitutus, nec eius ſubſtitutus adeant. l. ſi Titius. & . l. cohæredi. in princ. ubi glo. in uer. adierit. de uulg. & pup. not. Soci. in conſi. 52. col. pen. uol. 1. Dec. in conſi. 291. col. 2. ante uer. uenio igitur. & facit deciſio Innoc. in. c. cum terra. de elect. de tribus Poteſtatibus ordine ſucceſſiuo electis, ut per Angel. in. d. l. Quidam teſtamento. in princ. de quo etiam per Bart. in. l. Quandiu. huius initij ſecunda, de acquir. hæredit. immo idem eſſet, quando fideicommiſſaria fieret ſuper uulgari, ut per Ruin. in conſi. 99. colum. antepenult. uolum. 2. ubi reddit rationem utriuſque dicti. Sic ergo, dicendo, ſi neque Florus, neque Soſia hæredes eſſent, tacite etiam implicatur, ſi neque Quietus, neque Proculus, hæredes eſſent: ſed ſic eſt, quòd Quietus adiuit, ergo defecit conditio. Et ſi diceretur, cum neque Proculus, neque Soſia eius ſubſtitutus, adiuerint, non ne ſaltem in hac portione uerificata eſt conditio? reſpondetur, quòd non, quia iſta pluralitas, ſi neque Florus, neque Soſia, non reſoluitur in ſingularitates, prout in uulg. facta pluribus in eadem oratione diximus ſupra num. 893. Et ſecundum prædictam declarationem ſaluari poteſt opin. Bar. in. d. l. Quidam teſtamento. intelligendo eum ſecundum illum textum, non quòd uoluerit dicere, quòd ubi adeſt dictio, tota, non fiat reſolutio in ſingularitates, cum nec in text. quidem illo adeſſet ea dictio, hic uerò, ubi contrarium deciditur, adeſſet. Sed mens Bartoli fuit, quòd in dicta. l. Quidam teſtamento. de mente teſtatoris fuit non aliâs uocare ultimo loco ſubſtitutos, niſi tota hæreditas uacaret, ut ibi dicitur: & ita ſentit etiam Rip. in. l. Re coniuncti. num. 128. & uide pro declaratione not. j. num. 1043. & ſupra num. 660. cum plurib. ſequent. Ex prædictis itaque habes primò formalem reſponſionem ad dictam. l. Quidam teſtamento. uidelicet, quòd text. ille loquitur in uulg. ſubſtit. pluribus coniunctim facta, in qua etiam ſine dictione, tota, pluralitas non reſoluitur in ſingular. iux. not. ſupra nu. 893. ſecus eſt in fideicommiſſ. de qua loquimur, & in qua regulariter fit dicta reſolutio, ut not. ſ. num. 1036. & ratio differentiæ eſt, ut not. per Doct. alleg. ſ. nu. 891. quos uide, non autem illud ibi eſt propter dictionem, tota, quæ nec aderat quidem, ut uideri poteſt. Secundò ex prædicta declaratione infero, ꝙ etiam ſi diſtributio in illo text. non excederet aſſem, adhuc tamen idem deciſum fuiſſet, ut not. ſ. num. 1039. uerſi. adhoc. immo etiam ſi non eſſet diſtributa tota hæreditas, & ſic alio modo non conſtaret mens teſtatoris contra ſubſtitutum, hæc tamen ratio ſola, uidelicet quòd ibi ſumus in uulg. ſufficeret, & per conſequens idem decidendum eſſet, ut. j. etiam dicemus. Infertur & tertiò idem eſſe, ſi in portione Quieti iſte caſus eueniſſet, ut. ſ. diximus contra D. Fab. Infertur & quartò contra limit. ſ. datam in mate. uulg. ſubſtit. nu. 891. ſi. n. hæc eſt ratio. d. l. Quidam teſtamento. ergo limitatio illa fundata ſuper illo text. non eſt bona: eſt uerum, ꝙ multi ibi tenent contrarium, uidelicet, quòd opin. Bart. procedat in uulg. per text.

illum, non autem in fideic. ſecundum com. opin. per ra
tiones. s. alleg. & rationem differentiæ ponunt Doct.
alleg. s. nu. 891. quos uide. Non obſtat ſecunda
ratio. s. in contrarium alleg. quia negatur, quod ultima
illa ſubſtitutio fuiſſet ſeparatim facta. licet enim pri-
ma de Floro & Soſia eſſet ſeparatim facta, quia hic
Proculo, ille uerò Quieto ſubſtituti erãt, attamen ſe-
cunda fuit coniunctim facta, uidelicet, ſi neq; Florus
neq; Soſia hæredes eſſent, iux. not. s. nu. 1035. & ita
dicit etiam Crot. in. l. Re coniuncti. poſt nu. 130. &
Soſia tam fuit ſubſtituta Colonia, quàm illi plures, atque
ideo ibi dubium fuit, ut. s. diximus, tam an admittere
tur in portione Proculi illa Colonia, quàm illi plures. aliâs
enim ſi illi plures fuiſſent ſeparatim ſubſtituti Soſiæ,
utique admiſſi fuiſſent, excluſo cohærede, iuxt. not. s.
1047 num. 884. ✱ Non omitto tamẽ, quod Ant. de But. in cõſ.
32. viſis. quem ẽt refert Iaſ. in. d l. Quidam teſtamen
to. col. fi. diſtinguit, ut dictio, tota, operetur in fauorẽ
coniuncti, ut ibi, ſed non operetur in fauorem hæredis
grauati: hoc eſt, ut ipſe declarat, ſi cõditio uerificetur
in primo decedente, & ſuperſit coniunctus, qui aliâs
ex præſumpta mente teſtatoris non excluderet ſubſti-
tutum, & tunc procedat opin. Bar. ut coniunctus uigo
re illius dictionis, tota, admittatur, & excludat ſubſti
tutum, & per conſequens pluralitas dicto caſu non
reſoluatur in ſingul. & ita procedat. d. l. Quidam teſta
mento. Aut uerò conditio uerificatur in ſecundo dece
dente, ut in hoc tex. et tunc, cum non adſit alter coniũ
ctus, admittatur ſubſtitutus, & pluralitas reſoluatur
in ſingul. non obſtante illa, dictione, tota, et ſic contra
Bar. & hoc modo procedat text. noſter. Et iſta in effe-
ctu ſi rectè conſideres, eſt etiam concordia de text. no-
ſtro ad. d. l. Quidam teſtamento. tradita per Rip. hic
poſt num. 136. uer. quid igitur. licet nullum alleget.
Cæterum aduerte primò, quod Corn. in. d. l. pen. col. pen.
& in conſ. 226. col. antepen. uol. 4. hanc But. diſtinc.
ſuam eſſe, perſuaſit Socin. hic ante num. 28. uerſi. &
ideo rectè. & in conſi. 94. ad fi. uol. 4. & Deci. in. d. l.
pen. circa fi. & omnibus moder. hic, & Pariſ. in conſi.
43. col. 5. uol. 2. ubi etiam in alio decipitur, ut retuli
s. nu. 567. Secundò aduerte, quia (prout etiam dicit
Torniel. hic poſt nu. 149. ante uerſi. quid dicendum.)
contra primum membrũ adhuc uidetur militare text.
noſter alleg. contra opin. Bar. s. num. 1041. intelli-
gendo, quod Claudia admiſſa fuiſſet etiã in portione pri-
mi, niſi reciproca præceſſiſſet, ut not. s. num. 1040.
Eſt uerum, quod contrarium tenet Soci. hic poſt num. 14.
uer. ex qua declarat. & D. Fab. poſt nu. 29. aliâs. 34.
qui allegant ẽt Alex. quem ego non reperio niſi colũ.
antep. uer. non tamen. & col. fi. remittentẽ ſe ad not.
in. d. l. penul. ſed utrobique loquitur, quando ſupereſt
perſona, quæ &c. iuxt. not. i. nu. 1060. ut expreſſe
patet: nos uerò loquimur, quando non ſupereſt perſo-
na, quæ &c. prout etiam eſſet in ter. huius tex. defun-
cto primo ſine filijs, ſi reciproca nõ præceſſiſſet, decla-
rando tamen ut. s. nu. 1040. quo caſu etiam Alex.
& alij expreſſe tenere uidentur pro ſubſtituto, ut in
locis alleg. ſupra num. 1038. Sed rurſus aduerte cir
ca tex. noſtrum (ultra not. in locis alleg. s. ante num.
1042. uer. niſi dicas.) quod Doct. alleg. d. num. 1038.
non ſimpliciter dicunt hunc text. habere locum etiam
in portione primi, ſi reciproca non præceſſiſſet, ſed ſo
lum quòd ſubſtitutus pluribus admittitur etiam ad
portionem primi, quando ſuperſtes coniunctus eſt ſo-
lum par in gradu, non autem anterior: cæterum an
hoc procedat etiam ſtante dictione, tota, ut ſignanter
in ter. noſtris, et in ter. huius tex. uel ne, hoc eſt, de quo
diſputamus in hac ampliat. & de quo ſignanter loquũ-
tur Ant. de Butr. & alij, de quorum opin. agimus, &
de qua, ut dixi, non ſignanter loquuntur Doct. alleg.
d. num. 1038. Poſtremò non omitto, quod cum opi. Butr.
& aliorũ deniq; conuenire uidetur etiam Torniel. hic
ante num. 150. quo ad hoc ſcilicet, ut ſi ſubſtitutio
aliâs diceretur ſeparatim facta, ſtante dicta dictione
dicatur coniunctim facta, et per conſequens ſi ſuper-
ſtes coniunctus ſit anterior, excludat ſubſtitutũ, quod
aliâs, ſi eſſet ſeparatim facta, ſecus eſſet, ut not. s.
num. 884. Butr. uerò et alij ſupra alleg. uolunt, quod in-
diſtinctè. d. dictio operetur in fauorem cuiuslibet cõ-
iuncti ſuperſtitis. Sed utcunque ſit, aduerte, quod quando
excluditur ſubſtitutus, intelligitur excludi, tanquam
ſubſtitutus, non autem ſi alio iure admitti poſſit,
per not. s. num. 759. ✱ Amplia quartò, ut procedat 1048
etiam, quando dictũ eſſet, ſi omnes penitus defecerint,
ut per Alex. in conſi. 91. col. 5. uol. 1. repetito ut. s.
poſt nu. 550. de quo ẽt per Soc. iun. in cõſ. 150. col. fi.
uol. 2. quibus adde Ancha. in conſ. 391. Principali-
ter ponderandum. col. 2. Idem etiam, quando dictum
eſſet, ſi nullus remaneret, ut per Alex. in conſi. 105.
col. fi. uer. uel aliter. et uer. tamẽ. uol. 1. Ex quo ſequiẽ,
ut ẽt ſi adiecta eſſet dictio, tunc, quæ denotat extremi-
tatem tẽporis, idem tamen dicendum eſſet, ut in indi-
uiduo per Ruin. in conſi. 180. col. 4. uol. 2. licet idem
Ruin. contrarium teneat in conſi. 67. col. 5. poſt med.
uol. 3. quem adde ad Soci. iun. in conſ. 145. num. 26.
uol. 3. ✱ & pro prima opin. facit, quia ſubſtitutio uulg. 1049
extenditur de caſu ad caſum, dato quod adſit dictio illa,
tunc, ut per Galian. in. §. Et quid ſi tantum. per illum
tex. ſequitur Pariſ. in conſi. 50. col. pen. uol. 3. & in
conſ. 66. col. 7. eo. uolum. immo etiam ſi dictum eſſet,
tunc & eo caſu, ut per Alcia. in. 3. lib. de uerb. ſigni.
pag. 152. octaua forma, & Pariſ. in cõſilijs. s. alleg.
licet contrarium teneat poſt Rom. & Anch. Deci. in
l. fi. in primo uo. C. de inſtit. et ſubſtit. & in conſ. 63.
col. 1. & in conſi. 332. & 433. & 516. Soci. iun. in.
conſ. ultimo, col. 2. in. fi. uol. 2. Gozad. in conſ. 64. col.
& maxime quando dictum eſt, tunc et eo caſu, ut
per Deci. in conſi. 315. col. 2. cui adde Socin. in conſi.
159. col. 3. cum ſubſcrip. prope fi. uol. 2. Qua opi. re
tenta, ea tamen declaranda eſſet, ut per Curt. ſen. in
conſi. 76. D. Ludou. col. fi. & Socin. iun. in conſ. 106.
nu. 27. uol. 1. & 114. nu. 9. eo. uol. et in. d. cõſ. 145.
Sed ſuper his amplius nõ inſiſto, tanquã à materia no-
ſtra alienis. ✱ Amplia quintò etiam, ſi dictum eſſet, ſi 1050
Titius ſuperuixerit Caio & Sempronio. nam hoc ẽt
caſu, ſi alteri ſuperuiuat, admittitur ad eius portionẽ.
ita Rip. in reſpon. 2. nu. 16. in tit. de ſubſtit. ✱ Am- 1051
plia ſextò, ut procedat non ſolum in ſubſtitutione fa-
cta pluribus natis, ſed etiam pluribus naſcituris. licet
enim contrariũ teneat Io. And. alleg. per Bru. in trac.
ſtat. exclud. fœm. art. 12. q. 13. col. 1. poſt me. & per
Rui. in. §. Et quid ſi tm̃. col. 24. uer. quæro. & in conſi.
172. uol. 2. et, matre exiſtẽte, in cõſ. 110. uol. 3. qui
bus adde Old., à quo more ſuo furatẽ Io. And. in conſ.

142. Factū tale eſt teſtator. et Caſt. in cōſ. 220. viſis
et conſideratis. uol. 1. cum qua opi. trāſit etiā Alex. in
conſ. 109. col. pen. uol. 7. & Crot. in. §. Et quid ſi tā-
tum. col. 26. uer. pro cōplemento. et adduci etiam po-
teſt alia deciſ. Oldr. in conſi. 177. Teſtator. quem ſe-
quitur Alex. in conſi. omnium primo, col. 5. & in cōſ.
139. col. 2. uol. 6. Ruin. in conſi. 96. col. fin. uol. 2. &
in conſi. 104. col. 2. eod. uol. Attamen uerior uidetur
hac ampliat. Nam omittendo, an in hoc caſu plurali-
tas reſoluatur in ſingul. de quo per eundem Rui. poſt
Areti. in conſi. 176. prope fi. uol. 2. & in. §. Et quid ſi
tantum. ubi ſupra, & Gozad. in conſi, 67. prope fin.
Alcia. in. 3. lib. de verb. ſign. pag. 154. octaua formę,
uer. tertiò quaritur. & apoſtil. ad. d. cōſi. Alex. 109.
uol. 7. & omittendo q. d. deciſ. Oldr. in. d. conſi. 177.
communiter reprobatur, ut not. s. poſt num. 45. uer.
non obſt. dico, q hoc caſu uerificata dicitur conditio
in totum ex tacita uulg. comprehenſa in cōpendioſa.
1052 * Subſtitutio enim, ſi decedat ſine filijs, habet locum,
etiam ſi non naſcatur, ut per Corn. in conſ. 276. uol.
3. Deci. in conſi. 227. Socin. iun. in conſi. 181. uol. 2.
qui ambo conſuluiſſe uidentur contra Ruin. in conſi.
172. uol. 2. s. alleg. licet Socin. iun. uideatur ſibi cō-
trarius in conſi. 169. uol. 2. & idem tenet Alciat. ubi
s. & in. l. 1. pag. 21. de uulg. & pup. ubi alleg. etiā
tex. in. l. Ab exharedati. §. fin. de leg. 1. & hanc ratio-
nem reperi poſtea adductam etiam per Alciat. in. l.
commodiſſime. pag. fin. de lib. & poſth. quem uide, &
uide. i. nu. 1309. dum allego Ruin. in. d. conſi. 172.
1053 & uide Calcan. in conſi. 104. in. 1. dub. * Facit
ad pradicta, quia ſubſtitutio, ſi non naſcetur, habet lo
cum, etiam ſi naſcatur, dummodo in pupillari atate
decedat. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. de qua per Socin.
iun. in conſi. ultimo, uolum. 2. Vel poſſumus dicere,
q conditio illa de naſcituris, ſi decedent ſine filijs, ſi
nati non ſunt, dicatur impoſſibilis, & per conſequens
ea reiecta fideicommiſſum dicatur purū: et ita Caſtr.
in conſi. 401. Videndum eſt utrum fides. col. 3. uol. 1.
uel q ſtante clauſula codicillari fideicommiſſum cen-
ſeatur repetitum à uenientibus ab inteſtato, ſed non
cenſeatur repetita illa conditio, ſi ſine filijs, quia red-
deretur fideicōmiſſ. nullum. ita idem Caſtr. ubi ſupra,
quod egeret longiori indagine: interim aūt hoc ultimū
uř contra not. s. ante num. 55. uer. benefacit. cogita.
Nec omitto, q Oldr. ſe reſoluere uř ad tenendum con
trarium propter fauorem matris, qua de re dicemus
i. nu. 1211. Et prędicta eadem ratione procedent ēt
in pupill. facta pluribus naſcituris, ut proprie loqui-
1054 tur Oldr. & dixi. s. num. 992. * Amplia ſeptimò,
etiam ſi illi, quibus eſt facta ſubſtitutio, non eſſent pa.
riter uocati, ſed unus eſſet ſubſtitutus alteri ſub ali-
qua conditione, quę defecerit. licet enim ille ſubſtitu-
tus non dicatur grauatus niſi eueniente conditione,
ſub qua fuerat uocatus. l. Ab eo. ſed ea defecta ſolus
inſtitutus remaneat grauatus, ita q uideretur graua
tus ipſe ſolus ſub duplici conditione, quo caſu requiri
tur utranque conditionem uerificari, iux. not. i. num.
1301. attamen etiamtunc ſufficit, q conditio in per
ſona ipſius inſtituti uerificetur, & ſic etiā. d. caſu plu
ralitas reſoluitur in ſingul. ita conſuluit Rui. in conſ.
125. uol. 3. ut ibi per eum. non. n. ille inſtitutus cenſe
bitur propterea grauatus ſub duplici conditione, pro-
ut in ter. uul. q. de qua in. l. Centurio. ſed ſub una tan-
tum reſpiciente eius perſonam, cum eius ſubſtitutus
ex propria perſona potuerit aliquo caſu grauari,
iux. late not. s. num. 736. Secus ergo eſſet, quādo ille
alius non eſſet aliquo caſu honoratus, quia tunc alter
honoratus diceretur ſub duplici conditione grauatus,
& ſic utraq; cōditio deberet uerificari, ut per eūdem
Rui. quem retulimus. s. ante nu. 83. uer. ſed tu dicas.
* Amplia octauò regulam prædictam, procedere, ēt 1055
ſi adeſſet dictio collectiua, uterq;. ita Bar. hic, & Saly.
in. d. l. pen. in fin. Ancha. in conſi. 391. Principaliter
ponderandū. col. 2. Ang. in conſi. 265. prope fi. primi
dub. & cateri, ut per Alex. hic col. pen. uer. item adde.
& in. d. l. pen. col. 6. cui adde Caſt. in conſ. 279. alias
280. Præſuppoſito ſtatuto. col. 2. uol. 2. et Bal. in cōſ.
403. In ſubſtitutione. uol. 2. in no. & in conſ. 271.
ſubſtitutio fideicommiſſ. uol. 3. in no. & eſt com. opin.
à qua durum eſſet recedere, ut atteſtatur etiam Rip.
hic ante nu. 145. Alci. in. l. vel ſingulis. col. 3. uerſi.
nec refert. Torniel. poſt num. 136. & idem diximus ēt
in pupill. i. nu. 932. * Solum eſt differentia, an fiat 1056
ſimpliciter, an uerò per collectiuam, in hoc, quia quā
do eſt facta ſimpliciter, tunc etiam ſecundū uerba re-
ſoluitur in ſingul. de quo tamen uide Socin. in. d. l. Fal-
ſa. §. fin. ad fin. quando uerò adeſt collectiua, tunc ſe-
cus, ut per Bart. hic, & in. d. l. pen. & Bal. in. d. conſ.
271. & eſt com. opin. ſecundum Alex. in. d. l. pen. col.
pen. Contrarium tamen tenet Aug. ſibi cōtrarius hic
col. 3. ad fi. & Caſtr. in locis alleg. per Alex. ubi. s.
cui adde eundem Caſt. in. §. Filium. & in conſi. 14. Si
contingat. col. 2. uol. 1. & in conſ. 86. Dubitatio uer
titur. in. 4. dub. col. pen. uol. 1. ubi ſi teſtator inſtituit
filias ſuas toto tempore uita earum, et cuiuslibet ea-
rum, & poſtea eis ſubſtituat alium, tunc pluralitas
non reſoluitur, ſed inducitur reciproca inter ipſas fi-
lias. Et idem uidetur tenere Alex. in. d. conſi. 91. uol.
1. repetitoi ut. s. poſt nu. 550. col. 4. & col. 8. dum
refert not. per Caſtr. in. d. l. Qui duos. de uul. & pup.
contrarium etiam tenet Soci. hic nu. 28. & ante nu.
30. uer. uerum uno caſu. & Rip. hic nu. 143. & ſeq.
& in reſpon. 2. col. 5. de ſubſtit. & D. Fab. col. pen.
Idem tenet Rui. in conſi. 180. col. pen. uol. 2. & Soc.
iun. in conſi. 180. colum. 3. uolum. 2. referens ſe iſtud
hic ampliaſſe, ut procedat, ſiue dicatur, poſt eorum
mortem, ſiue, ſi ambo deceſſerint, ſiue copulatiue, ſi
Titius & Seius deceſſerint. ſemper enim debet ex-
pectari mors omnium, licet, ut ipſe quoque fatetur,
Bartol. hic, & cateri, aliquo caſu teneant ſubſtitu-
tum ſtatim admitti. * Immo fortius Socin. hic num. 1057
29. ſubdit, quòd etiam ſi conditio uerificaretur in per
ſona ultimi, tamen ſubſtitutus excluderetur, ſub-
dens hanc eſſe opin. contra omnes. Sed dicas, quòd ita
etiam tenet Caſtr. hic colum. 2. ubi etiam reſpondet
huic text. prout etiam reſpondet Socin. quòd hic ideo
ſubſtitutus admittitur, quia praceſſerat reciproca,
de quo diximus ſupra in ſolut. Rayner. num. 825.
& hanc opin. D. Fab. col. pen. approbat in extraneo
ſubſtituto, improbat uerò in ſubſtituto de liberis. &
certe ſi rationes Socin. procederent quo ad portionem
primi, procederent etiam quo ad portionē ſecundi. Pri
mò ergo quo ad opin. Socin. & Caſtr. circa portionem
ultimi aduerte, quòd licet Angel. ut. s. dixi, teneat

contra com. opin. attamen quo ad portionem ſecundi
ſatetur com. opin. eſſe ueram. idem tenet ipſe Caſtr.
in conſ. 319. Viſis & conſideratis. col. 1. uol. 2. im-
mo idem Caſtr. in conſi. 449. De iure com. uol. 2. uult
ꝙ in hoc text. pluralitas reſolueretur in ſing. etiam ſi
ſubſtit. eſſet extraneus: quod tñ non eſt uerum etiam
data opin. com. pro uera, propter filium ex primo, qui
ex præſumpta mente &c. Bal. etiam in conſi. 82. in
q. col. 1. uol. 5. in ant. tenet, ꝙ licet quando adeſt col-
lectiua, et uerificatur in primo, ſit dubium, an admit-
tatur ſubſtitutus, attamen quando uerificatur in ulti-
mo, indiſtincte admittatur. Non obſtant rationes Soci.
quia reſpondebitur in ſeq. art. Secundò quo ad opin.
Ang. & aliorum circa portionem primi, illa uidetur
contra tex. hic, ubi aderat collectiua, & tamen ſubſti
tutus admittitur. ratio eſt, quia idem iudicatur de par
te quo ad partẽ, non ſuperſtite perſona quæ &c. quod
de toto quo ad totum, ut. s. diximus. cum itaque ratio
iſta militet etiam, quando adeſt collectiua, ergo etiam
idem ius. Et ita in effectu dicit d. Fab. col. pen. in ter-
tio caſu, & ante eum Alex. in d. l. pen. col. pen. uer. Et
rationem. Secundò pro hac com. opin. ultra adducta
per Doct. faceret, ſi teneremus rationem ipſius Soci.
licet ad aliud propoſitum, in. §. Item ſi pater. in princ.
de reb. dub. quia ex uoluntate teſtatoris impropriari-
tur uerba, ut reducantur ad naturam actus, ad quam
de facili ſit reductio, uulg. §. Pactus ne peteret, ſed ſic
eſt, ꝙ de natura ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ſit re-
ſolutio in ſingul. §. Caio. ergo &c. & de hac ratione
dicemus. j. poſt nu. 1095. Non obſtat, quòd licet non
ſuperſit perſona quæ &c. ſupereſt tamen proprie-
tas ſermonis, à qua in dubio non eſt recedẽdum. l. Nõ
aliter. & ita dicebat Caſtr. in d. §. Caio. col. 2. et ſibi
aſcribit Soci. hic. Ad hoc. n. reſpon. Tornel. cuius re-
ſponſio ante num. 30. uer. ſed ad hoc. non ſatisfacit,
dum dicit, quòd ideo in hoc tex. obſt. proprietas ſermo
nis, quia præcedebat reciproca, ergo ſi nõ præcederet,
non obſtaret: qa certe replic. põt, ꝙ ſicut reciproca nõ
eſt cauſa, ꝙ ex mente admittat ſubſtit. ut not. s. nu.
824. cũ plur. ſeq. ita neq; ẽt eſt cauſa, ꝙ ex uerbis ex
cluderetur, ſed ipſa natura dictionis, uterque. Aliter
ergo reſpondet Tornel. hic ante num. 137. ꝙ hic non
ſumus in dubio, ſtante reg. l. Qua de tota. ut per eum.
Reſponderi etiam poteſt, ꝙ teſtator requiſiuit utrunq;
decedere ſine filijs, ut ſubſtitutus haberet totum, non
autem ut haberet partem, ut poſt Deci. & Torn. dix.
s. ante num. 21. & ante num. 78. Alio etiã modo re-
ſponderi poteſt ex mente Iaſ. in d. l. pen. col. 3. loquen
tis in materia pupil. ut retuli poſt nu. 952. uer. præte
rea. Dicas quo iure coniunctus ſuperſtes poteſt ex-
cludere ſubſtitutum: nam non ab inteſtato, tum alij
eum excludant: non ex iure accreſcendi, cum illud
ceſſet poſt ius acquiſitum: & propterea ſubdebat Iaſ.
non eſſe faciendam uim in dictione, uterq; ſed ego ne-
ſcio melius reſpondere, quàm Iuriſc. hic, uidelicet ꝙ
mens præfertur uerbis, iux. late not. in primo not.
Non obſtat d. l. pen. quia reſpondetur, ꝙ ibi non ſit uis
in collectiua, ſed in ratione illa, cogitaſſe. n. ut proba-
uimus. s. ante num. 923. uer. prædictis. quo caſu idẽ
eſt etiã in fideic. ut not. j. num. 1060. & eodem mo-
do reſpondetur etiam ad. l. Qui duos. de uulg. & pup.
et de reb. dub. Non obſtat reſpõſio ad hunc tex. data ꝑ
Rip. hic num. 143. quia primò non eſt uerum, ꝙ in
hoc tex. magis conſtet de mente teſtatoris ex uerbis,
quàm in caſu, de quo agimus. Secundò non eſt uerum,
ꝙ in hoc tex. ſubſtitutio facta fuerit uni tantum, ut
late not. s. num. 574. Tertiò non eſt uerum, ꝙ in hoc
tex. ex perſona ultimi teſtator uoluerit ſubſtitutum
capere totum, ut retuli etiam. s. num. 828. nam hic
tex. in fi. intelligitur, ut not. s. nu. 366. & uide poſt
num. 828. uer. nec obſtat quòd ratio. Quartò non eſt
uerum, ꝙ in caſu, de quo agimus, primus non legatur
grauatus, qa immo dicit grauatus, per reg. l. Quæ de
tota. cum non ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta
mente teſtatoris excludat ſubſtitutum. Quintò non
eſt uerum, ꝙ Claudia in hoc tex. admittatur, nõ ea ra
tione, quia non ſuperſit perſona quæ &c. ſed alia ra-
tione, ut per eum, quia immo ea ratione admittitur, et
non alia. aliâs. n. excluderetur, ſi attenderetũ proprie
tas ſermonis. Sextò non eſt uerum, ꝙ ille tantum dica
tur perſona quæ &c. qui eſt reciproce ſubſtitutus, qa
licet hoc uelit Imol. hic col. fin. de quo Rip. non memi-
nit, attamen omnes eum reprobant, ut uidebimus. j.
num. 1060. Vltimò non eſt uerum, ꝙ in fideicõmiſ-
ſaria non habeatur ratio conſeruandarum legitima-
rum hæreditatum, quia licet hoc prius uoluerit Soci.
& alij, de quibus. s. num. 830. attamen contrarium
patet ex late ibi not. Sed quid fortius? ſi, ut uult Ripa,
ille tantum dicitur perſona quæ &c. qui eſt reciproce
ſubſtitutus, ergo ſequitur, ꝙ pluralitas ſemper reſol-
uitur in ſingul. ubi non præcedit reciproca, quæ quidẽ
concluſ. eſſet maior in fauorem ſubſtit. quàm ſit com.
opin. quia com. opin. uult, ꝙ non ſolum reciproce ſub-
ſtitutus, ſed etiam deſcendens teſtatoris coniunctus in
ſubſtitutione paſſiua, uel poſitus in condit. excludat
ſubſtitutum, dummodo ab inteſtato ipſum etiã exclu-
deret. Ad hoc tñ ultimum poteſt reſpon. Rip. quidem
uelle, ꝙ ſuperſtes non excludat ſubſti. tanquam perſo-
na quæ &c. ſed nihilominus uelle, quòd excludat ex
proprietate ſermonis. Non obſtat, ꝙ Alex. ut dicit idẽ
Rip. hic num. 144. contrarium teneat hic col. 1. &
in d. l. pen. & in d. conſi. 175. Quia reſpondetur, quòd
hoc iudicio meo non eſt uerum. ✠ nam mens Alexan. 1058
hic col. 1. uer. omnem hæreditatem. ubi credo Rip. eũ
allegare uoluiſſe, non eſt diſputare, quando pluralitas
reſoluatur in ſingul. Sed an ſine reciproca præcedente
ſubſtitutus poſſit conſequi totum uerificata conditio-
ne in perſona utrinſque, & ſic an per ſubſtitutionem
factam pluribus in tota inducatur neceſſario tacita
reciproca, ut ſubſtitutus poſſit totum conſequi uerifi
cata conditione in perſona utrinſq;, & ſic an expreſ-
ſa reciproca, de qua hic, ſit ſuꝑflua. & refert Caſtr.
dicere, ꝙ inducitur tacita reciproca, quia ſine ea non
poſſet ſubſtitutus conſequi totum uerificata conditio-
ne in perſona utriuſq;, allegando ad hoc. §. Seia liber-
tis. Verum ipſe Alex. contrarium tenet, quia immo ſi
ne reciproca poteſt totum conſequi hoc modo, ꝙ hære-
des primi, detracta prius per eos trebellianica, reſti-
tuant ſubſtituto portionem primi: & pariter hæredes
ſecũdi, detracta prius per eos trebellianica, reſtituant
portionẽ ſecundi: & circa hoc uide latius. j. poſt nu.
1063. uer. non obſtat. Non obſt. (dicit Alex.) §. Se
ia libertis. quia ibi grauatus erat ultimus tantum in
tota, et ſic de eius manibus debebat accipi, quod citra

ſignāter dicentem, ꝙ pluralitas non reſoluitur in ſingul. niſi quando eſt eadem ratio. & idem dicit Bald. in l. 1. col. 2. C. de cond. inſer. Sed ſic eſt, ꝙ quādo eſt ſubſtitutus extraneus, & ſuperſtes eſt de liberis, datur ratio diuerſitatis inter totū quo ad totū, et partē quo ad partem, ergo &c. ratio diuerſitatis patet, quia quā uerificatur conditio in utroque, nihil eſt, quin ſubſtitutus admittatur, nec opus eſt confingere ad coniecturatam mentem teſtatoris. ſed quando conditio uerificata eſt ſolum in uno, & ſupereſt alter de liberis, tunc totū contrarium eſt dicendum, quia præſumendum non eſt teſtatorem uoluiſſe, ꝙ pluralitas reſolueretur in ſing. in præiudicium ſuperſtitis ab ipſo prædilecti; argu. l. cum acutiſſimi. alleg. per Bart. hic. Nec omitto, dum Caſt. in conſilijs. ſ. alleg. dicit, ꝙ ſi in hoc tex. uerificata eſſet conditio in utroq;, Claudia haberet portionem primi, tanquam repertam in hæreditate ſecundi, ꝙ hoc uidetur non eſſe uerū, in x. not. ſ. poſt nu. 366. Nec obſtat: ꝙ frater non cenſeatur poſitus in conditione, iuxt. not. in l. cum anus. quia ad hoc reſpon. ſ. num. 926. Non obſtat prima ratio Imol. hic col. fin. arguentis à cōtrario ſenſu huius tex. quē tamen aliter non inducit, ſed Alex. in d. l. pen. col. 2. in fin. & Rip. hic nu. 139. eum inducunt hoc modo, ꝙ ſi hic propter præcedentem reciprocam requiritur, ꝙ conditio uerificetur in perſona ultimi, ergo à contrario ſenſu non præcedente reciproca, ſubſtitutus admittitur, etiam ſi cōditio uerificetur in perſona primi: Quia ad hoc argumentum reſpondet Alex. in d. l. pen. col. 3. quò hic prope fi. ſe remittit, ut per eum: & licet Socin. hic poſt nu. 29. uerſ. ſed ad hanc. dicat per eam reſponſionem, (quā etiam poſuit idē Alex. in conſi. 175. col. 6. uer. non obſt. ꝙ ſecundo. uol. 5.) non tolli inductionē Imol. attamen Rip. hic nu. 139. oſtendit optime tolli, ut per eum. Secundò ad dictam rationem Imol. dicit Socin. ubi ſupra, reſpondere Alex. ex proprietate ſermonis. Sed aduerte, quia id non dicit Alex. pro reſponſione ad argu. Imol. ſed pro arg. contra Imol. ut. ſ. retuli ante nu. 1061. cui arg. non obſtat reſponſio ibi tradita, quia replicari poteſt, ꝙ etiā non præcedente reciproca obſtat proprietas ſermonis, ſi ſuperſit ꝑſona quæ etc. nec contrarium poteſt elici ex hoc tex. ut paulo. j. dicemus. Alio modo reſpon. ſoci. hic poſt num. 29. uer. unde melius. ꝙ immo iſte tex. potius facit cōtra Imol. arguēdo, ꝙ hic pluralitas reſoluitur in ſingul. quo ad portionē ultimi, quia præcedebat reciproca, ergo à cōtrario ſenſu, ſi reciproca nō præcederet, non reſolueretur etiam quo ad portionem ultimi. Sed hæc etiam reſponſio Socin. eſt contra com. opin. ut not. ſ. num. 1057. uer. primo ergo. et ratio eſt, qa, ut dicit Alex. in d. conſi. 175. ubi. ſ. iſta conſideratio, ꝙ in hoc tex. ꝓceſſerit reciꝓca, nō debet fieri neq; ꝓ una, neq; altera ꝑte, ut latè not. ſ. nu. 824. minus ergo ex ea ſumi debet arg. à cōtrario ſenſu. Sed ultra ꝓdicta aduerte primò, ꝙ tex. noſter non pōt ullo modo pertinenter quo ad hos ter. de quibus loquimur, allegari, cum in eo nō præſupponatē ſupereſſe perſonā, q̄ &c. ut eſt in. q. noſtra.

1063 ✠ Secundò aduerte circa hoc argu. Imol. ꝙ eſt à contrario ſenſu argumenti à contrario ſenſu, quod ipſe ſumit ex hoc tex. dicit enim, ꝙ hic admittitur ſubſtitutus ad portionem ultimi propter reciprocam, & ſic à contrario ſenſu arguit, ꝙ excluditur à portione primi propter reciprocam, ex quo argumento à contrario ſenſu poſtea rurſus à cōtrario ſenſu arguit, dicēs, ergo ſine reciproca admitteretur ad portionē primi, arg. certe ſophiſticū & circulare. eſſet. n. ut ita dicā, retorcutio retorcutionis, contra. l. ſi. quod quiſque iur. & iret in infinitum. non. n. iudicio meo poteſt argui à contrario ſenſu argu. à contrario ſenſu, niſi redeundo ad directum ſenſum. Præterea aduerte diligēter, ꝙ in primo argu. arguit à contrario ſenſu reſpectu portionum, ſed retenta nihilominus reciproca: in ſecundo uerò argu. facit totum oppoſitum. arguit enim à contrario ſenſu reſpectu reciprocæ, ſed loquendo poſtea de eiuſdē portione: et ſic uides, quàm ſit fallax, et ſibi non conſtet. Nec omitto circa argu. à contrario ſenſu uidendam eſſe optimam declarationem Dec. poſt alios in. l. 1. de offic. eius. Et de quadruplici inductione dicti arg. uide per Alciat. in. c. Ad ſedē. col. 1. cum ſeq. de off. ord. Alio ēt modo ꝓ opi. Imol. arguebat ex hoc tex. Rip. hic ante nu. 140. ſed quia ipſemet reſpōdet, ideo non refero. Solum dico, ꝙ cum Imol. alleget hunc tex. à contrario ſenſu, patet mentis ſuæ non fuiſſe eo modo uoluiſſe inducere hunc text. quo ipſe Rip. inducit. Non obſtat ſecundum arg. in contrarium adductū per Imol. ꝙ ſi ſuperſtes coniunctus admitteretur, ſecundū com. opin. ſubſtitutus non poſſet poſtea habere totum etiam uerificata conditione in perſona utriuſque, cum in reſtitutione fideicōmiſſi non ueniāt bona teſtatoris acquiſita grauato ab inteſtato, per. l. ſed et ſi ſic. §. 1. de leg. 3. & l. cum qui nouiſſimus. ſ. eo. cui adde hinc eſſe, ꝙ quando quis eſt ſubſtitutus ultimo tantum in tota, & ſic non poteſt uenire ad portionem primi, tāquam illi non ſubſtitutus, tunc inducitur tacita reciproca inter ipſos, ut hoc modo uoluntas teſtatoris ſortiatur effectum, ut late diximus. ſ. nu. 638. cæterum cum in caſu iſto non præſupponamus induci tacitā reciprocam, ſequitur ꝙ ſubſtitutus debeat conſequi portionē primi ſtatim ab ipſo primo, non autem à ſecūdo, qui non tenereē poſtea eam reſtituere. d. l. ſed & ſi ſic. §. 1. Nam ad hanc rationem reſpon. Rip. hic ante nu. 131. & D. Fab. poſt nu. 48. aliàs. 74. uer. mihi tamē.

✠ ſubdentes, ſed immemores, Alex. non rūdere, ꝙ in 1064

ſubſt. facta pluribus nō reciproce ſubſtit. quorū ſuperſtes &c. hæredes ſecundi reſtituent portionem primi, tanquam hæredes primi, et portionem ſecundi tanquā hæredes ſecundi, & ante eos ita reſpondet Soci. hic ante nu. 30. uer. mouetur etiam. ſed ante omnes ita reſpondet Alex. in d. l. pen. col. 3. aſſerens hoc argum. Imol. uideri multum fragile, & in. d. conſi. 175. col. 7. in prin. quam reſponſionem refert etiam & ſequitur Ruin. in conſi. 180. col. penul. in princ. uol. 2. & idem not. etiam Cacial. in conſ. alleg. ſ. poſt nu. 564. col. 3. Nec obſtat replicatio Torniel. hic nu. 134. uer. quid dicendum. quia reſpondi late. ſ. num. 585. uerſi. non omitto. cum plur. ſeq. Non omitto, ꝙ ad hoc arg. Imol. ſi ſubſtitutio facta eſſet in tota, poſſemus forte ēt aliter reſpondere, ꝙ tunc forte non procederet. d. l. Sed & ſi ſic. §. 1. ut not. ſ. nu. 695. Non obſtat, ſi diceres, prout ad aliud propoſitum dicebāt Imol. et alij, de quibus. ſ. poſt nu. 851. uer. ſecundū. ꝙ in hoc text. ſupererat nepos ex primo, qui excludebat Claudiam ſubſtitutam, pro dimidia ab inteſtato, & tamen non impedit, quin pluralitas reſoluatur in ſing. ergo ēt ſi

ſupereſt aliquis, qui excluderet ſubſtitutum in totum, arguendo ex reg. l. Quæ de tota. ad hoc enim reſpon. ut s. nu. 8 1. uer. ad tertiam. Non obſtat, ꝙ in fideicommiſſaria non poteſt conſeruari ius legit. hæredit. quia ad hoc late reſpondimus. s. poſt nu. 8 3 2. uerſi. uerum tamen. Non obſtat, ꝙ teſtator feciſſet reciprocam, ſi habuiſſet rationem coniuncti ſuperſtitis, quia, ut pariter reſponſum fuit ante nu. 8 3 3. uer. pro ſolut. feciſſet reciprocam, ſi omnino noluiſſet ſuperſtitem admitti etiam contra uoluntatem grauati, quod licet noluerit, non tamen inferendum eſt, ꝙ nec ab inteſtato quidē noluerit eum admitti: immo ſi feciſſet reciprocam, conſtaret noluiſſe reſeruare ius legit. hæred. hæc enim inter ſe ſunt contraria, ut not. ubi. s. uerſi. hinc dicit Alex. Non obſtat, ꝙ ſi uera eſſent prædicta, iſte ſuperſtes diceretur ſuccedere ex tacita diſpoſitione grauati, iux. l. conficiuntur. &c. & hoc modo cauſa inteſtati grauati, præferretur cauſæ teſtati ipſius teſtatoris, contra uulg. l. Quandiu. & l. Antequam. & eò magis, quia uerificata poſtea conditione etiam in perſona ſecundi, tunc rediretur ad cauſam teſtati, & ſic fieret iſta mutatio, quæ uidetur abſurda, ꝙ ſemel hæres deſinat poſt tēpus eſſe hæres. Ad hanc enim obie-

1065 *ctionem reſpōdetur, primò hoc eſſe falſum. ✻ licet. n. ſuperſtes immediate ſuccedat grauato, attamen reſpectu cauſæ mediatæ dicitur ſuccedere teſtatori, ut not. Bar. in. l. ueluti. de petit. hære. & in. l. Qui in aliena. §. interdum. de acquir. hæred. & ita in ter. reſpondet Alex. in conſ. 9 1. in rñ. ad. 4. arg. uol. 1. & idē ſignāter dicit tacito Alex. Rim. in cōſ. 2 5 5. nu. 2 1. quibus adde not. j. poſt nu. 1 1 1 8. et tex. in uulg. l. Lucius. ubi hæc reſeruatio legi. hær. dr̄ prælatio facta à teſtatore, ibi, prætulit teſtator. & dr̄ facta in hæreditate teſtatoris, ut not. s. nu. 7 1 2. Adde etiam, ꝙ falſum non dicitur, quod iuuatur primordio ueritatis, ut not. s. nu. 3 2. Præterea non inconuenit, ꝙ hæredes ab inteſt. quandiu pendet conditio ſubſtit. teneant bona reuocabiliter, tanquam hæredes impropriè, ut inquit Alhen. in conſ. 8 5. nu. 1 0. alleg. Alex. in. l. Ex facto. §. Ex facto. col. 4. uerſi. ſed nec iſta. s. co. Sed tu dic, & fortè melius, non eſſe uerum, ꝙ uerificata poſtmodum conditione in ſecundo, ſecundus deſinat eſſe hæres primi, immo tunc hæredes ſecundi reſtituunt portionem primi, tanquam hæredes primi, et portionem ſecundi, tāquā hæredes ſecundi, ut. s. diximus. Nec obſtat regula l. Quandiu. quia procedit, quando tractatur de ſuccedendo eidem perſonæ. tunc enim cauſa teſtati præfertur cauſæ inteſtati, ſecus quando tractatur de ſuccedendo diuerſis perſonis, ut in his ter. nam coniunctus ſuperſtes ſuccedit primo decedenti ab inteſtato, fideicommiſſ. uerò dicetur ſuccedere primo teſtatori, uul.*

1066 *§. Cum filiæ. ✻ Vltimò non obſtaret, ſi diceres, prout dicebat Alcia. hic poſt nu. 2. uer. quid. n. & nu. 5. uer. itemque accipietur. ꝙ Claudia in hoc tex. quæ facile erat neptis ex filia, excludebatur ab inteſtato de iure ſſorum, per filium ex primo, iuxt. §. Cæterum. Inſti. de legit. agnat. ſucceſſ. & de ſucceſſione cogn. in prin. et per conſequens ſupererat perſona, quæ &c. & tamen pluralitas reſoluitur in ſingul. & ipſa ſubſtituta admittitur. hinc forte ipſe Alciat. ubi ſupra, intelligit Bar. & alios dicere, ꝙ Claudia non concurrebat cum nepote ex primo, ſubdens propterea ipſos in hoc diuinare. Ad hoc enim reſpondetur, ꝙ ſolus Cum. hic diuinatiuè dicebat, Claudiam concurrere cum alijs perſonis, non autem cum filio ex primo, qui ſecundum eum præſupponitur prædeceſſiſſe ſecūdo, cum aliâs ad eum tranſmiſſa fuiſſet prima ſubſtitutio reciproca, qua de re diximus, s. nu. 1 9 1. At cæteri Doct. clare præſupponunt, ꝙ Claudia concurrebat cum filio ex primo, ut uidere licet. Cæterum ad argu. Alciat. reſpondetur primò, ꝙ bene ipſe, & quidem ſine cauſa, diuinat, dicendo ꝙ Claudia erat neptis ex filia, cum potius diuinandum eſſet, ſi uera eſſent dicta per eum, & dicendum, ꝙ Claudia erat neptis ex filio, ✻ ut iura iuribus* 1067
concordentur, ſecundum Bartol. in. l. ita ſtipulatus. la grande, in. 1. oppoſ. cum alijs alleg. ab excell. moder. Rimin. Inſtit. per quas perſonas ius nob. acquir. §. 1. nu. 5 5. Secūdo rñdetur, ꝙ præſuppoſito ēt, ꝙ Claudia eſſet neptis ex filia, ✻ attamen media illa iuris pru- 1068
dentia, de qua habetur poſt. §. Cæterū. per eum alleg. fuit quidem ante ius. C. ſed tamen poſt. ll. ſſorum, & ſic appellatur media, ut in ter. per Caſt. in. l. maximū uitium. in prin. & cum tex. ita etiam intelligit Socin. in conſi. 6 3. col. 8. ante me. uol. 3. & ſic relinquitur, ꝙ de iure ſſorum nulla adhuc fiebat differentia inter maſculos & fœminas, agnatos & coguatos, & per cōſequens ꝙ Claudia in hoc tex., licet fuiſſet etiā neptis ex filia, nō excluderetur tamē ab inteſtato per filium ex primo. Et certe nimis magna, & inexcuſabilis fuiſſet ignorantia omniū Doc. qui hactenus ſcripſerunt, tenentium, in caſu huius tex. hanc Claudiam ab inteſtato æqualiter cum filio ex primo ſuccedere, ſi uerum eſſet aſſumptum Alcia. nec eſt cenſendum, ꝙ tot ſolennes Doct. non aduertiſſent, & uidiſſent. d. §. Cæterum. cum concor. ut aliâs in ſimili dicit Socin. in. l. Cum auus. col. fi. & in cōſi. 6 9. col. pen. ante me. uol. 3. & 1 0 4. col. pen. eo. uol. aliâs fortius dici poſſet, ꝙ Claudia forte erat proximior teſtatori, q̄ iſte nepos ex primo, ut not. s. poſt num. 8 1. uer. nuper. ✻ Et ex 1069
prædicta com. opin. infertur, ꝙ ſi hic ſubſtitutus fuiſſet extraneus, uel ſi Claudia ab inteſtato fuiſſet excluſa per filium ex primo, tunc etiam ab hac ſubſtitutione excluſi fuiſſent, & ita not. Doct. hic, & Saly. in. d. l. pen. col. fi. in prin. circa quod uide. s. poſt nu. 7 5. Nec omitto, ꝙ licet Bartol. hic col. 2. alleget pro hac opi. Dy. in cōſi. quod retuli. s. poſt nu. 7. & quod etiam allegat Cur. ſen. in conſ. 4 5. poſt num. 1 2. attamen, ego nunquam ſciui percipere, ꝙ Dy. illud dicat, ad quod allegatur. ✻ Et ſecūdum prædictam con- 1070
cluſ. ſaluari poteſt deciſ. Anchar. in conſi. 7 4. contra Philippum. ubi proprie erat iſte caſus, & de quo diximus. s. nu. 3 0 6. & nu. 2 7 5. uer. & iſte. Sed nota, ꝙ tripliciter in caſu illo filij excludunt ſubſtitutum, hoc eſt, uel ab inteſtato tanquam perſonæ, quæ &c. ut ſtatim dicebamus, uel tanquam ad quos reciproca præcedens tranſmittitur, iux. not. s. nu. 3 0 6. uel tanquā qui cum ſint poſiti in conditione, cenſeantur uocati ēt in portione patrui, ne aliâs ſubſtitutus extraneus admittatur ipſis excluſis, ut per Crauet. in conſi. ultimo col. 2. Rui. in conſi. 1 3 9. poſt nu. 1 9. uol. 3. in quo tamen ultimo contrarium tenet ipſemet Rui. in conſ. 1 4 1. col. pen. uer. & quamuis. eo. uol. qua de re uide s. num. 8 0 0. Et idem eſſet in hoc text. ſi Claudia eſſet extranea. excluderetur enim in totum rationibus

nibus prædictis,& ſic pondera,ꝙ ipſa aut in totũ ex-
1071 cludit, aut in totũ excludit. ✱ Sed circa hanc primã
fallentiam operæpretium eſt uidere, quæ ſit iſta perſo
na,quæ ex præſumpta mente &c. In quo breuiter di-
cas,primò, quicunq; uocatus in reciproca præceden-
te expreſſa,uel tacita,ut.ꝭ.nu.1311.& in hoc om-
nes conueniunt,immo Imol.& Rip.hic uolunt, ꝙ iſte
tantũ dicatur perſona,quæ &c.ut retuli.ſ.ante nu.
1058.uer.ſextò.ueruntamen ſecundò dicas, ꝙ ille ẽt
dicitur perſona,quæ &c.in quo tria hæc concurrant,
uidelicet ꝙ ab inteſtato excludat ſubſtitutũ , & ꝙ ſit
de liberis teſtatoris,& ꝙ ſit uel inſtitutus, uel ſaltem
in conditione poſitus.Circa primum requiſitum,ꝙ ab
inteſtato præferatur ſubſtituto , in hoc nemo diſcre-
pat,immo non ſufficeret , ꝙ concurreret cum ſubſtitu
to,ſed requiritur,ꝙ in totum eum excludat,iuxt.not.
ſ.nu.1038.An autem attendatur ſucceſſio ipſius te
ſtatoris,an uerò grauati , uide late.ꝭ.num. 1114.
1072 ✱ Circa ſecundum requiſitum , ꝙ ſit de liberis teſta-
toris,ita tenent Bar.Bal.& Saly.in.d.l.pen.Alex.hic
col.14.& in conſi.38.col.1.uol.1.Soci.in conſ.94.
col.3.uol.4.Pariſ.in conſi.44.col.pen.in fin.uol.2.
Alexandri.in.§.Quidam recte. fol.10. col.4. & iſta
eſt com.opi.ſecundum Alex. ubi.ſ. Et licet Imol.hic
col.5.in prin.ſub dubio tamen,et prima facie,teneat
ſufficere,ꝙ ſit coniunctus, et ab inteſtato ſucceſſurus,
inferens propterea, ꝙ etiam in ſubſtitutione facta ui
ro & uxori ſuperſtes, non extantibus cõſanguineis,
excluderet ſubſtitutum, quem ſequitur Corn. in cõſ.
alleg.per Rip.hic poſt nu.131.et per Torn.nu.142.
quibus adde conſi.97.uol.1.ferè formaliter repetitũ
in conſi.22.uol.2.ex quorum opin.Socin.hic poſt nu.
26.uer.ſed tenendo.inferebat limit.ad.§. Caio. & ad
§.uilium.ut per eum:& hanc opin.tenere uideatur ſu
ſtentabilem dicens Deci.in.d.l.pen.col.4. ubi ẽt Cur.
iun.col.6.dicit eam ſibi ſemper placuiſſe,quibus adde
Caſt.in.§.Caio.et in cõſ.5. Quicquid dicatur.col.pe.
uol.1.Socin. uerò hic ante nu. 27. uerſ. poteſt tamẽ.
diſtinguit,ut com.opin. procedat , quando eſt ſimplex
ſubſtitutio,quando uerò eſt collectiua , tunc procedat
opin.Imol.& idem uoluit Corn.in.d.conſi.97.col.5.
uer.item non alleg.de quo ultimo uidebimus.ꝭ.num.
1088.Attamen non eſt recedendum à com.opi.immo
ipſemet Imol.ubi.ſ.ſe corrigit,per rationem tamen,
ad quam reſponſum extitit.ſ.poſt nu.1063. uer.nõ
obſtat.Et ratio præd.com.opin.eſt , quia præſumitur
quidem teſtator uoluiſſe deſcendentibus ſuis reſerua-
re ius legit.hæred.i.noluiſſe eis in.d.iure præiudicare,
ut declarauimus.ſ.poſt nu.832.uer.ueruntamẽ.ſed
